



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>


NYPL RESEARCH LIBRARIES




3 3433 06823189 7



Handwritten text, possibly a signature or name, located in the bottom right corner of the page.







Hungary, v. a. s.

ZDR

~~251. E. 81~~

HUNGURVAKA,

PALS BISKUPS SAGA,


ok

ÞATTR AF THORVALLDI
VIDFÖRLA.



EX LEGATO MAGNÆANO.

Apud SEVERINUM GYLDENDAL.



ROY WAIN
1987
1988

HUNGURVAKA,

five

Historia primorum quinque
Skalholtenfium in Islandia
Episcoporum,

PALS BISKUPS SAGA,

five

Historia Pauli Episcopi,

&

PATTR AF THORVALLDI
VIDFÖRLA,

five

Narratio de Thorvalldo Peregrinatore,

Ex Manuscriptis Legati Magnæni,

cum Interpretatione Latina, annotationibus, Chronologia,
tabulis Genealogicis, & Indicibus, tam
rerum, quam verborum.

HAFNIÆ 1778.

EX TYPOGRAPHÆO REGIÆ UNIVERSITATIS APUD VIDUAM
A. H. GODICHE.

AMERICAN

1917

9/20/17
-1917
AMERICAN

AMERICAN

AMERICAN

2


AMERICAN

AMERICAN

AMERICAN

AMERICAN

H. H. H.



Ad Lectorem.

Jam dudum est, quod orbi erudito polliciti sumus, tam *Hunguruakam*, Kristnisagæ proxime subjungendam, quam alia, ex amplissimo penu Magnæano promenda, rerum nostrarum borealium monumenta; qua in re præstanda, spe votoque tardius non-nihil quod simus progressi, in causa fuere nonnulla, quæ opus molientibus se obtulere impedimenta, non omnia gravia quidem, sed quæ ta-

Ad Lectorem.

men erant amovenda, & serius amota sunt: hinc otii defectus & ab aliis negotiis prærepta opportunitas, illinc objectæ à morbis difficultates, & hominum operi ministrantium facta mutatio.

Ut fidem igitur liberemus, prodeunt hic in lucem tria in uno lecta volumine antiqvæ nostræ historiæ monumenta, quæ res Ecclesiæ borealis, Islandicæ speciatim tractant, primum generalius, nempe complectens quinque primorum Episcoporum Skalholtensium historiam, quod ex promisso dudum debemus; alterum *Pauli* Skalholtensis Episcopi vitam speciatim exponens; & tertium succinctam exhibens de *Thorvaldo* quodam *Kodrani* filio, *Vidförla* sive Peregrinatore cognominato, narrationem.

Tres hi rerum Islandicarum commentarii, leni illa facundia & simplice sermonis genere scripti, quem animad-
verti-

Ad Lectorem.

vertimus in Christianismi historia & historia *Gunnlaugi*, antea à nobis editis, ut auctaria atque appendices considerari possunt recens dictæ historiæ Christianismi s. *Kristni-sagæ*, insignemque præstabunt usum avidis cognoscendi religionis Christianæ per Islandiam nostram progressum, nec non primorum & principum hominum, qui dictam ibi religionem promoverunt aut firmarunt, adde, scriptorum ipsiusque seculi genium, characteres moresque. Facient hæc, ut si res quædam, quæ in *Pauli* Episcopi vita, nec non in brevi de *Thorvalldo* narratione occurrunt, exiles levesque videantur, eæ facile excusari & possint & debeant. Quam etiam ob rem, non est, quod metuamus, ne quæ in dicta *Thorvalldi* historia occurrit, sive narratio, sive fabula, de genio, Saxi ingentis incola, ab Episcopo *Friderico*,

Ad Lectorem.

precibus & aqua lustrali in exilium pulso, indignam videatur reddere, quæ in lucem protrahatur: & pauca enim hæc sunt, & nil nisi genium seculi, omnibus fere gentibus communem spirant, scriptoremque Monachum produnt, cætera scriptoris fidei ne minimum quidem detrahunt; præcipue si rite cogitemus, ab antiquissimis retro temporibus, majorum nostrorum animis fixam adeo sedisse, & per totum medium ævum viguisse opinionem, loca fere omnia, flumina, lacus, montes, saxa & lapides geniorum esse habitacula, vid. *Jo. Erici Specimen Observationum ad Antiquitates Septentr.*, observat. 2da de Gemis, ut eam post coeptum Religionis Christianæ in Islandia cultum, cum cæterorum hominum, tum scriptorum mentibus hæsisse, minime sit mirum, nec veri absimile.

Primum

Ad Lectorem.

Primum commentarium *Hungurvakam*, sive famis excitamentum, vocare placuit scriptori, qui ipse hujus nominis causam nos docet, dicens in prooemio sive capite Imo, pag. 3.: “ ita
„ cum multis, non solum indoctis, sed
„ & imperitis, comparatum esse se
„ judicare, ut hoc libro perlecto, mul-
„ tiplici desiderio afficiantur, originem
„ vitamque cognoscendi virorum, qui
„ in his (Islandiæ) claruerunt regioni-
„ bus &c. ” Pro more recepto anti-
quis nostris Scriptoribus fere omni-
bus, nomen professus non est dictæ
Hungurvakæ scriptor, nec proditum
ab aliis invenimus. Attamen de ip-
sius scripti ætate, & tempore quo
vixit auctor, non adeo impedita erit
quæstio.

Sub finem Seculi XII, quo ipso ut
& proxime sequente seculo, in histo-
ria scribenda præcipue occupati erant

Ad Lectorem.

Islandi, scriptorem nostrum vixisse, rebusque quas scripsit, aut ætate æqualem, aut certe proximum fuisse, indicant sequentia. 1) in prooemio libri dicit, cum ex aliorum celebrium hominum, tum speciatim ex doctissimi viri, *Gitzuri Halli* filii, ore & narrationibus se sua hausisse, qui *Gitzurus* circa annum 1181 Islandiæ fuit Legifer, & anno 1206 senex obiit. vid. p. v. *Finni Johannaei* Histor. Eccles. Islandiæ Tom. I. pag. 195, & *Kristni-Saga*, pag. 188. 2) quorum vitam narrat noster, Episcoporum ultimus est *Klængus*, qui anno 1178 morte est functus. 3) memorat noster, cap. XIX, pag. 130, Islandiam neminem Sanctum habere, præter *Thorlakum* Episcopum, qui Sanctorum ordini adscriptus est, anno 1198: ast præter eum, anno 1200, in album Sanctorum relatus est *Jonas Ogmundi* filius, primus

Ad Lectorem.

primus Holensis Episcopus. vid. nota (89) pag. 131. *Hungurvaka* nostræ adscripta. Quæ rite pensitata, & in unum juncta, haud obscure indicant, post annum 1198, aut etiam post annum 1206, vixisse vel vivere potuisse scriptorem *Hungurvaka*, sed intra biennium scripsisse, quod ab anno 1198 ad an. 1200 effluxit. Plura hac de re dabunt, quæ ex præfatione Tomi IV Historiæ Eccles. Islandiæ transcripta hic nostrâ fecimus (*). Nec est, quod pro-

(*) Ibi auctor l. v. ita: "*Hungurvaka*, inquit. l. je-
„ *juna vigilia* (id enim nominis operi imponere au-
„ tori placuit) compendium vitarum quinque pri-
„ morum diœceseos Skalholtinæ episcoporum cont-
„ tinens, & circa aut paulo ante annum 1200
„ scripta; hoc enim anno Johannis I Holensium
„ Episcopi sanctitas innotuit, cum contra hic au-
„ tor solum, cum scriberet, inter Islandos, *Thor-*
„ *lacum* episcopum pro sancto habeat. Scriptor
„ quis sit ignoratur; quæ vero scripsit, ipse in
„ præfatione profiteretur se extepisse ex ore viri suo
„ seculo doctissimi *Gissuri Halli* filii, qui quondam
„ *Sigurdi*

Ad Lectorem.

prolixiores hic sumus, in notando errore

„ *Sigurdi* Bronchi, Norvegiæ Regis, aulae Ma-
„ gister, & Islandiæ per plures annos Legifer fue-
„ rat, tandemque anno 1206 valde *Grandævus* vi-
„ tam cum morte commutavit; unde de narratio-
„ num, quippe quæ tam gravem tantæque digna-
„ tionis virum autorem agnoscunt, veritate dubi-
„ tare non possumus; annorum vero computatio,
„ quam scriptor secutus est (ut *Hist. Eccles. T. III.*
„ p. 201. not. (a) pluribus monui) passim vitiosa
„ est; quemlibet enim episcopum septem annis ve-
„ rustiorem facit, atque re vera est; idque, ut vi-
„ detur, quia statim ab initio in anno, quo *Islei-*
„ „ *fus* Episcopatum obtinuit, erravit, & deinde ab
„ eo annos officii cujuslibet episcopi recte quidem
„ numeravit, sed ad annos æræ christianæ perpe-
„ ram retulit; qui error calculi, per totum librum
„ continuatus, efficit, ut uni & alteri Pontificum
„ Romanorum tribuat, quæ successoribus tribuenda
„ erant. Cætera liber multa bonæ frugis habet ad
„ historiam ecclesiasticam pertinentiæ, multasque
„ voces rariores, quæ eis temporibus in usu fue-
„ runt; cum vero, ex relatione b. *Arnæ Mag-*
„ „ *næi*, nulla ejus exemplaria hodie supersint,
„ Apographis, quæ episcopi *Thorlacus* & *Sveno-*
„ „ *nus* superiori seculo exarari curaverunt, anti-
„ quiora, menda, quæ præ se fert, corrigi nunc
„ nequeunt, nisi ex conjecturis.

Ad Lectorem.

rore calculi, quo usus est scriptor in annis computandis, septem integros annos à vero variantis, cum hac in re otium nobis faciant, tam recens dicta, quam qui plenius rem tractavit, s. v. *Johannis Finnæi*, hodie Episcopi Skalholtensis vigilantissimi industria, in annotationum decima quarta, quibus scriptoris nostri narrationibus lucem affudit.

Quæ de ætate scriptoris *Hungurvakæ* supra diximus, firmabunt, & post annum non solum 1206, sed etiam 1211 eum superstitem fuisse, monstrabunt sequentia. Qui *Hungurvakam* scripsit, idem omni procul dubio fuit auctor *vitæ Pauli Episcopi*: id enim indicat, tum stilus in utroque idem, tum plura alia, speciatim idem fere in utroque scripto epilogus; scriptorem vero recens dictæ vitæ, non tan-

Ad Lectorem.

tantum *Pauli* Episcopi tempore vixisse, sed etiam mortuo fuisse superstitem, tam indicant hæc verba, quæ habentur ad calcem capitis 18., pag. 242: *Paulus* Episcopus se & illum Deo omnipotenti commendavit, antequam ipsum nobis auferabat mors, quæ quæ mox subjungit scriptor, ad initium capitis, proxime sequentis 19., ubi ita: “ nos, inquit, amicorum ejus intimi, ei superstites, eâ re nobis videbamur beati, quod omnia fere reliquit emolumenta, quæ relinquere nobilissimo homini datur & præstantissimo.” Quæ igitur ad oculum monstrant, proxime aut non diu post *Pauli* Episcopi mortem quæ anno 1211 contigit, scripsisse auctorem nostrum.

Nobis face aliqua hoc forte prælucebit, ad dicti scriptoris nomen inveniendum. Quodsi conjecturæ dabitur

Ad Lectorem.

bitur locus, veri haud absimile erit, tam *Hungurvakæ*, quam vitæ *Pauli* Episcopi auctorem fuisse *Magnum*, qui anno 1215. ipse ad dignitatem Episcopi *Skalholtensis* evectus est. Hic supra memorati *Gissuri* erat filius, ex cujus ore se profitetur sua hausisse; hic à *S. Thorlako* educatus & eruditus; hic cathedræ *Holénsis* cum *Gudmundo* candidatus, sed huic postpositus, vid. *Histor. Eccles. Island. Tom. 1. p. 307.* Hinc *Gissuri* in nostro erudiendo studium; hinc *S. Thorlako* cumulatae laudes; hinc contra in vita *Pauli* Episcopi iniqui in *Gudmundum* Episcopum animi significatio, in cujus vituperatione, veluti in *Pauli* Episcopi laudibus, totus fere ubiqve est, homo alias in vitis Episcoporum haud acute cernens, aut si qua fuerint, studiose tegens.

Hic quoque, occasione se nobis offerente, non est prætermittendum,

qui

Ad Lectorem.

qui fuit scriptor *Hungurvaka* & vitæ *Pauli* Episcopi, eundem etiam scripsisse *vitam S. Thorlaki*, quam manuscriptam habemus. Hoc tum alia indicant, cum quæ *Hungurvakam* claudunt sequentia pag. 138. & jam ad ea, quæ de b.: *Thorlako* episcopo sunt referenda, nostra deducta est narratio; cujus quidem historia, ut bonos oblectet, utque rerum gestarum servet memoriam, hic est commissa, eodem modo, quo supra scriptæ cæteræ historiae. Quod si igitur *Hungurvakam* & vitam *Pauli* Episcopi scripsit Magnus Episcopus, scripsisse quoque *vitam S. Thorlaki*, recens allata haud obscure indicant.

Thorvalldi historia alium certe, & quem ipsa prodit narratio, Monachum sine dubio habuit auctorem, qui ætate antecessisse videtur scriptorem *Kristnisagæ* sive *Historiæ Christianismi*,

Ad Lectorem.

mi, sed vixisse post tempora *Gunnlaugi* Monachi, mortui anno 1218, utpote quam *Thorvalldi* historiae scriptor loquitur pag. 298, nec non pag. 322; & narrationis suae auctorem citat; nisi haec non ab initio adfuisse, sed manu recentioris esse adscripta, existimare vellemus: quod ut verum esse possit, ita nec absurda erit suspicio, *Gunnlaugum* ipsum forte historiae *Thorvalldianae* esse scriptorem, qui cum nomen aperte profiteri nollet, id enim istorum seculorum mos non ferebat, tamen hoc pacto obscure & tecte indicare voluit. Monachus certe fuit scriptor dictae historiae, & sermonis genus idem fere, quo in scribenda Regis *Olafi Tryggvii* filii historia usos esse *Gunnlaugum* & *Oddum* Monachos, monstrant qui supersunt dictae historiae codices, qualem eam hodie habemus. Nec praetermittendum, quod ad rem

Ad Lectorem.

illustrandam non nihil faciet, eodem modo, quo narratio de *Thorvaldo* loquitur *Gumlaugum*, Historiam Hörði (Sagann af Hörde ok Holmverium) loqui *Styrmerum Sacerdotem*, Historiam Grettei *Sturleum Thordi* filium, quos dictarum historiarum scriptores esse idcirco vulgo existimant, sane non immerito aut inepte: in tanta enim aliorum hominum turba, qui hic rerum narratarum testes adhiberi potuissent, eos solos esse nominatos, res alias mira esset, & si qua alia, inconueniens & incongrua.

Postquam hæc de scriptoribus trium commentariorum, quos hic vulgamus, dedimus explicata, restat ut subsidia enarrentur, quibus usi sumus, in dictorum scriptorum editione ornanda, atque in lectionum varietatibus colligendis. Inter manuscripta, quæ seruant foruli Magnæani, 18 existant

Ad Lectorem.

stant Codices, *Hungurvakam* continentes, qui omnes recens dicti libri editioni parandæ adhibiti fuere, in folio octo, à num. 204 ad num. 211, cæteri in forma, quam quartam vocant, à num. 372 ad num. 381; qui Codices hic notati atque distincti sunt litteris alphabeti Latini, à littera A ad R. Inter Codices formæ in folio, qui signum præfert numeri 207, *Asgeiri* manu scriptus, *Jonæ* filii, quo librario usus est *Torfæus*, hujusque notis criticis & chronologicis locupletatus, is est, ad quem typis est expressa *Hungurvaka* nostra.

Dicti Codices ad quatuor commodissime referri possunt classes; quare Antiquos quosdam, Holanos alios, alios Jorundinos, cæteros Mixtos appellare libet. Antiquos vocamus, quod cæteris sunt vetustiores, num. 205 & 206, nec non 209 & 210 in fol.; qui

Ad Lectorem.

codices, inter lectionum diversitates, hic notantur litteris A, B, C, D. Horum B & C omnium quotquot apud nos exstant, *Hungurvakæ* codicum præstantissimi sunt habendi, nempe transcripti manu, quæ nitide satis pinxit, ex progameno codice, atque notas antiquæ scripturæ, e pro æ, N pro m, atque p pro d præferentes, qui pergamenus codex tamen seculo xv vix erit antiquior, cum dicti codices, ex eo transcripti, y pro i duro ubique habeant. Exarati dicuntur à Sacerdote quodam Islando, *Johanne Olafi* filio. Cæteri ad hanc classem pertinentes, qui notas litterarum D & A ferunt, rebus quidem ipsis cum recens dictis conveniunt, sed orthographiam si spectes, postponendi, præcipue codex A, scriptus manu *Johannis Gissuri*, qui vir, celeberrimi Episcopi *Brynjólfi Svenonii* frater uterinus, (vid. prooemium

Ad Lectorem.

mium Originum Islandiæ, Landnámabok, pag. II.) bonæ quidem notæ codicibus usus est pergamenis, in vetustis libris transcribendis, sed ad formam scribendi, suo ævo receptam, recentiore & depravatam, suam composuit. Qui codicem scripsit D, *Johannes Erlandi* filius, sacerdos olim Villingaholti, melius stilum formavit, nec potuit aliter fieri ab homine, qui dicto Episcopo *Svenonio* à codicibus vetustis exscribendis erat.

Holanos vocamus, quorum agmen ducit codex E, qui olim fuit Episcopi Holani, *Thorlaci Skulii* filii. Huc pertinent, qui inter codices Magnæanos numerati sunt, 204 in fol., & in 4to 376. 379. 380. 381, hic vero notati litteris O. R. E. G. L. Horum præstantissimus est recens dictus E codex, sive num. 379. in pergamena exaratus anno 1654 (plures codices

Ad Lectorem.

pergameni *Hungurvakæ*, *Paulique* & *Thorvalldi* vitæ, hodie apud nos non exstant) de quo *Arnas Magnæus* hæc annotavit: “Scriptus videtur fuisse ad
,, exemplar probæ notæ, multumqve
,, facit ad loca restituenda alias infana-
,, bilia, ipse quamvis in multis vitio-
,, sus.” Codices num. 380 & 381, sive G & L, haud sane sunt spernendi, & ipso, quem nuper locuti sumus, codice pergameno non inferiores, ac in orthographia meliores; sed in codice L deest prooemium. Codex R multis mendis est deformis, sed menda librarii correxit *Ar. Magnæus*, ad codicem recens dictum pergamenum. Codex O sive num. 204. fol., exaratus manu, quæ ductus suos ad normam antiquorum formavit, dicto codice pergameno antiquior esse videtur.

Ad Lectorem.

Forundini dicuntur duo codices, num. 378 in fol. ☉ num. 372 in 4to, litteris hic notati F & M, quia exarati sunt à *Ketillo Forundi* filio, qui vir doctrina seculo proxime præterlapso celebris, (vid. Histor. Ecclesiastica Islandiæ Tom. 3 pag. 529) in codicibus transcribendis sedulus fuit, quos perquam nitide pinxit. Inter dictos codices, qui littera F hic notatur, à *Ketillo* exaratus, forma in folio minima, orthographiam ubivis rite & accurate servat, nisi quod pro (y) habeat (i), qui litteræ (y) pro (i) ductus per omnes à *Ketillo* exaratos codices obvius est. Contra codex (M) cum recens dicto cætera conveniens, in orthographiam sæpius impingit. Quem dum loquimur codicem, non possumus notandam ad *Hungurvaka* paginam 56, sed ibi omissam, hic intactam relinquere

Ad Lectorem.

lectionis diversitatem, præcipue cum haud exigui esse momenti videatur; & sensum variare: nam pro: *obægendi, ef* &c., quod habet liber impressus, in codice (M) legitur: *hægendi: en* &c.; quæ lectio loco: *acuantur dolores*, hic ponere jubet: *leventur dolores, atque eam in rem fiant vota*, sensu forsan aptiori, & qui rei ipsi melius convenit.

Caeteri codices, quos Mixtos diximus, modo cum hoc, modo cum isto eorum conveniunt, quos supra recensuimus; quare non est, ut illis diutius immoremur.

Superius dicti codices in folio, nempe A. B. C. D. O. etiam completuntur *Pauli* Episcopi historiam, eadem, quæ *Hungurvaka*, manu scriptam; quocirca nec opus est, ut de illis plura dicantur. Hoc tamen notare abs re non

Ad Lectorem.

non erit, præter dictos codices, inter Msta Magnæana existare duo fragmenta in 4to, num. 384 & 389, hic signata litteris S & T, quorum posterius in omnibus fere convenit cum supra memoratis codicibus A & B; codex vero S manus esse videtur fat celebris antiquarii Islandi, *Biørni in Skardza*. Fragmentum hocce ad nonnulla, sed pauca loca emendanda usui fuit.

Ad historiam *Thorvalldi* ut denique veniamus, duo tantum apud nos existant codices ejus chartacei, qui alicujus sunt pretii, ambo seculo proxime præterlapso scripti, alter, qui hic signum litteræ (A) præfert, inter Msta Magnæana, num. 552 in 4; qui codex, si orthographiam spectes, non spernendus, sed in rebus narrandis nimium brevis, compendium videtur esse alterius codicis, qui hic (B) dicitur,

Ad Lectorem.

citur, ad quem igitur, plerisque in locis, typis expressa est, quam hic damus, *Thorvalldi* historia, sed ex codice (A) emendata, ex quo, bona favente fortuna, quæ in (B) corrupta erant, aut deleta vetustate, aut aperte falsa, qualis e. gr. erat anni numerus sub calcem libri adscriptus, corrigi & restitui potuerunt. Dictum codicem inter suos numerat doctissimus Studiosus Islandus *Gud. Magnæus*, cuius opera in indice chronologico, in interpretatione latina, historiæ præsertim *Pauli* Episcopi & *Thorvalldi*, nec non in indice rerum & nominum concinnando usi sumus, sed ita, ut dicta interpretatio, ubi ea re potissimum opus videbatur, nonnihil & quantum fieri potuit, sit emendata. Id quod monere hic necessarium duximus, ne quæ inter prima dictæ inter-
pre-

Ad Lectorem.

pretationis, quod opus est cujusdam nostrum, atque ultima deprehenditur diversitas lectorem offendat.

Quæ cætera sunt, tulit instituti nostri ratio, ut chronologia adscribe-
retur; ut res, quæ narrantur, passim
annotationibus illustrarentur, quas
operæ & studio f. v. *Johannis Firmæi*,
hodie Episcopi Skalholtensis meritis-
simi, nos debere grati profite-
mur; ut *Lectionum* varietates annectantur;
& ut non tantum index chronologi-
cus, sed etiam index alius duplex, al-
ter vocum, cui perficiendo operam
adhibuit doctissimus harum rerum *Jo-
hannes Olavius*, alter rerum & nomi-
num, nec non tabulæ genealogicæ,
opus doctissimi *Grimi Thorkelini*, qua-
tuor adjicerentur, de quibus omni-
bus quæ dicere visa sunt necessa-
ria, in proemiis ad *Kristnisagam*
nec

Ad Lectorem.

nec non *Gumplaugi* historiam monuimus; quocirca hic eadem iterare nolumus.

Scribebamus Hafniæ non. Decembr.
MDCCLXXVIII.

LÜXDORPH. SUHM. KOFOD ANCHER. ERICHSEN.
SCHÖNING. SCHLEGEL.

HUNGRVAKA.

I. Cap.

Bækling þenna kalla ec *Húngurvöku*, af því at svo mun mörgum mönnum ófróðum oc þó óvitrum (a) gefit vera; þeim er hann hafa yferfarit, at miklu mundu giör vilia vita upprás oc æfi þeirra merkis manna er her verit hafa oc fátt verdr frásagt á þessari ískrá. Enn ec hefi þó nálíga öllu vídfligit at rita þat sem ec hefi í minni fest; hefi ec áf því þenna bækling saman sett, at ei falli mer með öllu úr minni þat er ec heyrda af þessu máli segia hinn (b) fróða mann *Gitzur Halls* son (1) oc enn (c) nockura menn adra

(a) *viridaz, reputabitur. H. M. Q.*

(b) *fróðasta. C. fróma, probum, H. J. K. Q.*

(c) *marga, multi. F.*

(1) De Giffure Halli filio vid. *Langebek* Scriptor. *Rer. Dan.* Tom. 2. pag. 513. *F. Johanna* Histor. *Eccl.*

Cap. I.

Libellum hunc famis incitamentum voco, ed quod ita cum multis, non solum indoctis sed & imperitis, comparatum esse judico, ut, eo perlecto, multiplici desiderio afficiantur originem vitamque noscendi virorum, qui in his claruerunt regionibus, de quibus ut pauca quidem attigi, ita tamen ferè omnia, quæ mihi succurrebant, huic scripto includere animus fuit. Equidem libellum hunc duplici ratione conscripsi, tum ne mihi e memoria laberentur, quæ Giffurem Halli filium, virum doctissimum, de his rebus narrare audivi, quæque quidam

A 2

alii

Island. Tom. 1. pag. 195. Genealogiam ejus exhibuimus ad calcem *Kristnåaga* pag. 188. Ubi observandum, ipsum illum Teitum Haukådalensium, quæ nostri avus erat, fuisse filium Isleifi Episcopi, cujus majorum series enumeratur loc. cit. pag. 189. 192. 193.

4 HUNGRVAKA I. Cap.

adra merkiliga hafa í fráfögur fært. Þat ber oc annat til þessa rits at tegia til þess únga menn, at kynniz vort mál at ráða (d) þat er á *Norrænu* er ritat, lög, edr sögur, edr mannfrædi; set ec af því heldr þetta á skrá, enn annan fróðleik þann er ádr er skráfett, at mer sýniz mínum börnum edr öðrum (e) úngum mönnum, vera í skyldasta lagi at vita þat (f); hvörnin framaz edr með hvörium hætti at her hefr magnaz kristnin oc Biscups stólar settir verit her á *Islandi*, oc vita síðan hvorer (g) merkismenn þeir hafa verit Biscuparner er her hafa verit, oc ec ætla nú frá at segia; enn þat skyldar mic til at (h) greina hvorfu stadrinn hefr eftz oc magnaz í *Skálakholte*, oc um þeirra manna ráð er hann hafa vardveittan; (i) at ec hefir med,

(d) þá á norræno, *plures.*

(e) úngmönnum, 6. *Codd.*

(f) edr forminnaz, *pro huernin framaz 4.*

(g) mættis menn. A. B. C. D. & 4 *alii.*

(h) vita, *sciam. Quidam Codd.*

(i) enn *pro at, plures.*

alii celebres viri præterea tradiderunt, tum, ut adolescentes alliciantur ad linguam nostram noscendam, quæ Norræna, (Norvegica) audit, sive legum codices, seu historiarum monumenta, it-ve, qui in honestioribus disciplinis versantur, libri consulendi sint. Atqui eam potissimum ob causam hanc mihi præ aliis, quæ jam dudum pertractatæ sunt, scientiis materiam elegerim, quod illud præcipue & liberis meis, & juventuti reliquæ officium incumbere autumo, ut discant, quo pacto, hic in Islandia ortum duxerit, & incrementa ceperit Christiana religio, sedesque episcopalis constitutæ sint; porro, quibus meritis excelluerint viri, de quibus nunc dicere aggredior; & quoniam iis, quicquid mihi in vita commodi accidit, totum debeo, tanto magis obligatum me dico, ut quibus ex causis robur suum & potentiam nacta sit ipsa Cathedra Skalholtensis, & qualis illorum, qui eam

6 HUNGRVAKA I. Cap.

med Guds miskunn alla gafu af þeim hlotit þessa heims; enn mic varer at vitrum mönnum muni pikia bæklingr þesse jafnlíkr sem hornspónar efne; (k) þat er ófímligast, medan vangiört er, enn þá (l) allfagrt er algjört er. Enn þeir menn er svo henda (m) gaman at þessum bæklinge, mega þat af nýta at skemta sér vid, oc þeim ödrum er lítillátliga vilia til hlýða, heldr enn hætta til hvað annat legst fyrri, þá er ádr pikker daufligt; því margr hefr þess raun, ef hann leitar sér skammrar skemtanar, at þá kemr eptir á laung áhyggia; sýniz mer þat ráð, (n) at hver hafi af þessu sem her er ritat, þann fróðleik, er best gegnir, oc hann hendi svo gaman at, oc vardveiti þat eptirá, er síálfum mun í geð falla, enn felli þat niðr er

(k) af því at er ófímligast, 4. ófímligast, 3.

(l) alla gjört, 4.

(m) giarnan þra gaman A. B. C. D.

(n) at fá hafi af þessum fróðleik, (er) hinum fáka er ritadr, er best gegnir; G. O. R. af þessu
 -- fáteka. plurimi.

tutati sunt, gubernatio fuerit, edisseram. Suspikor autem, libellum hunc à prudentibus asfimitatum iri materie corneæ, ex qua cochlearia vulgo fabricamus, quippe qua nihil abjectius videtur, quamdiu rudis est, atqui eadem, si bene informatur, venustissima apparet. Si quibus autem libellus placeat, iis hanc ex eo utilitatem capere licebit, ut & se ipsos oblectent, & alios, qui ad audiendum faciles & modestos se præbeant, neque potius ducant, quicquid primum se offert, arripere, quando eos ceperit tedium. Queni enim non experientia docuit, breuiusculam voluptatem longum sepe post se trahere fastidium. Equidem consultum duco, ut unusquisque inde decerpit, quam sibi convenientissimam ducat, quæque adeo sibi arrideat, doctrinam, servando quod placeat, & negligendo, quod minus. Magis utique decebit, eos, qui rectio-

8 HUNGRVAKA I. Cap.

er honum fellt ei í skap. Enn þeim sýniz mer þat best (o) sóma er bæta vilia um þat er ádr þiker her ómerkiliga sagt vera oc þeir vita annat sannara, heldrenn þeir færi þetta edr hafi at spotti, enn vilie ei edr hafi ei faung á um at bæta; enn því hefer ec jafnat þessu til horn-spónsins, at mer sýniz forkunnar efni í vera, enn ec veit at miöc þarf um at fegra, oc skal ec þadan (p) at um vera, meðan ec er til fær, um at bæta, verd ec oc (q) af því skyldugr til, at þad muniaf mínum völdum oc vanrækt, ef þat er nockut í þessu máli, sem rángt reyniz þat er ritat er, enn ei þeirra manna er ec þikiunz þenna fróðleik (r) eptir hafa. Enn þat er forn orðskvidr at hús skal (s) hiónum fá, segi ec af því fyrst hvoru þærinn hefr bygðr verit í *Skálabolti*, enn síðan frá þeim er stáðinn hafa vardveittann.

II. Cap.

(o) sagna. F.

(p) af. G. *Quidam omittunt.*

(q) at því. O.

(r) eptir gefa. F. *Et s. al.*

(s) hióna. E. G. O. R. hús skal hiónum bióða edr fá. M. Q.

*ra noverint, minus accuratè tradita
 in melius mutare, quàm quibus ad
 hoc vel animus defuerit, vel facultas,
 quæ scripsimus in pejus traducere, vel
 habere ludibrio. Ideo autem hoc opu-
 sculum cochleari corneo simile dixi,
 quod ei egregia quidem inesse videa-
 tur materia, sed quam magnopere lima
 indigere sentio, utque eam totis viri-
 bus, & quam maxime possum, expo-
 liam, me obstrictum duco. Merito
 enim, si quid prave dictum deprehen-
 datur, incuriæ id meæ adscribendum,
 mihiqve vitio vertendum est, neutiquam
 verò viris illis, quorum ex ore me
 singula hausisse profiteor. Quoniam
 verò, ut in proverbio est, ædes poscit
 familia, primùm aggredior dicere, quo-
 modo villa in Skalholto ædificata fue-
 rit, & postea de iis, qui sedi episco-
 pali præfuerunt.*

II. Cap.

Ketilbiörn (2) hinn *Gamli* (t) bió á *Mosfelli* oc átti margt barna. *Teitr* het son *Ketilbiarnar*, hann var fá gæfumadr at hann bygdi þann bæ (u) fyrst er í *Skálabolti* heitir, er nú er allgöfugastr bær á öllu *Islandi*; sú var önnr gæfa hans at hann átti at fym *Gitzur* hinn *Hvíta* (3) er med kristni kom út til *Islands*, oc bió í *Skálabollte* eptir *Teit* födr sinn. *Gitzur* hinn *Hvite* átti þriár (x) konur; fyrst átti hann *Halldóru* dóttir *Hrólfis* af *Gautlandi*, þeirra dóttir var *Vilborg* er átti *Hialti Skeggjason* (4); *Gitzur* átti síðan (y) eyverska konu er *Þórdis* het, oc var þeirra son *Ketill*, er átti *Porkötlu Skapta* dóttir; *Gitzur* átti síðar

(t) Ketils son, *Ketelis filius*, L. addit.

(u) fyrstr, *primus*. F.

(x) þessar *pro* þriar. F. & 10. al.

(y) Eyfirdska, J. Svenska, *Svecam*. H. M. Q.

(2) De Ketelbiörne Grandzvo vid. *Ladnamabók* Edit. Hafn. pag. 368. *Sturlungasaga* libr. 4. cap. 1. Ejus genealogiam vide in *Kristnisaga* pag. 192.

Cap. II.

Ketilbiörn Grandævus habitavit in Mosfello, & multos habuit liberos. Unus filiorum ejus Teitus nominabatur; vir felix, tum quod villam, quæ Skalholtum appellatur, totiusque Islandiæ celeberrima est, ædificavit, tum quod Gissurem Album, qui Christianam religionem in Islandiam introduxit, & in Skalholto post patrem Teitum habitavit, genuit. Tres Gissuri Albo uxores erant. Duxit primum Halldoram, Hrolfi ex Gothlandia filiam, ex quo conjugio nata est Vilborga, quæ Hialltio Skeggii filio nupsit. Deinde foeminam ex insulis, Thordisam nomine, eratque eorum filius Ketell, maritus Thorkatlæ, Skaptii filie. Denique Thordisam, filiam Thor-

(3) De Gissure Albo vid. *Kristnisf.* pag. 8. 189. 192. F. *Johannæi* Hist. Eccl. Isl. Tom. I. pag. 58. seqv. & loca nuper cit.

(4) Plura de Hialltio Skeggii filio vid. *Kristnisfoga* p. 9. 66. seqv. & F. *Johannæi* Histor. Eccl. Isl. Tom. I. pag. 57. seqv. 79.

A. C. síðarz Þórdísi dóttir Þórodds Goda (5) á Hialla í Ölvesti, oc áttu þau margt barna, þeirrá son var *Isleifr*, hönum fylgdi *Gitzur* utan, oc feldi hann til læringar abbadísi einni í borg þeirri er *Hersfurda* (6) heitir. *Isleifr* kom svo til *Islands*, at hann var prestur oc vellærdr, hann kvongadiz oc feck *Döllu Þórvalds* dóttur úr (z) *Asi*. Þau gátu þriá sonu. *Gitzur* het son þeirra, er síðan var Biscup. Annar het *Teitr*, er bió í *Haukadal*, þridi *Þórvaldr* er bió í *Hraungerdi*, mikill höfdingi. *Gitzur Hvíti* let giöra hina fyrstu kyrkiu í *Skálabolti*, oc var þar grafinn at þeirri kyrkiu. *Isleifr* bió í *Skálabollte* epter födr sinn; *Isleifr* var vænn madr at áliti, oc vinsæll vid alþýðu oc alla æfi rettlátr oc ráðvandr, (a) giöfull oc góðgiarn, enn alldrei audigr; enn er *Isleifr* var fimtugr at alldri, oc *Island* hafdi ei (b) fiarri því at

(z) Hálfí í Hníóskadal *rectius esse sentit* A. Magnus, *in margine exemplarium*, F. M.

(a) gíafmíldr. F. M.

(b) fiarri álcíngd. A. B. C. D. *cum pluribus*.

Thoroddi Pontificis in Hialla in Ölvefo, A. G. multosque hi conjuges procrearunt liberos. Erat filius eorum Isleifus, quem Gissur peregrinationis comitem habuit, & cuidam abbatiffæ erudiendum tradidit in urbe, quæ Erfurda dicitur. Erat verò Isleifus & sacerdos, & bene doctus, cum in Islandiam rediret. Matrimonium iniit, duxitque Dallam Thórvalldi filiam in As. Eorum tres filii erant, unus Gissur, postea episcopus, alter Teitus, qui postea in Haukadal habitavit. Tertius, cui Thórvalldo nomen, habitabat in Hraungerde, vir dignitate conspicuus. Gissur Albus primum in Skalhollto templum, in quo & sepultus est, exstruxit. Isleifus in Skalhollto habitavit post patrem. Erat Isleifus forma spectabilis, popularis, semper justitiæ & honestati addictus, largus & beneficus, et opulentus nunquam. Postquam Isleifus

quin-

(5) De Thoroddo Pontifice vid. *Kristnisaga* pag. 8. 90. & *Gunnlaugsaga Ormsungu* pag. 57. 63. 315. Ubi & Isleifi genealogiam, ex ramo in *Kristnisaga* loc. cit. omisso, exhibuimus.

(6) Abbatiffam illam Erfordensem nominant *Kristnisaga* pag. 106. & *Landnámabók* in Mantiffa p. 382.

A. C. at lengd verit kristit, þá var hann bedinn til utanferdar, oc (c) valinn til Biscups af allri alþýðu á *Islande*. Síðan fór hann utan, oc sudr til *Saxlands*, oc sókti heim *Henrik* Keyfara *Konráðs*son, oc gaf honum hvíta biörn er kominn var af *Grænlandi*, var þat dýr hin mesta gersæmi; enn Keyfarinn feck *Isleifi* bref sitt med infigli um allt veldi sitt, síðan fór hann til fund-
 1056 ar við *Leonem* Páfa (7), enn Páfinn sendi bref sitt *Adalberto* Erkebiscupi í *Bremen*, at hann skyldi gefa *Isleifi* Biscups vígflu á hvítrottinsdag, oc qvedz Páfinn þess vilia vænta med guds miskunn, at þá mundi (d) lán-gæduft tign vera at þeim biscupsdómi, ef hinn fyrsti Biscup væri vígdr til *Islands* á þeim degi er gud prýddi alla veröld í gift H. anda, oc var *Isleifr* þá vígdr til Biscups á þeim degi at bødordi Páfa af *Adalberto* Erki-

(c) valldr, *plerique*. (d) lán-gæduft. H.

(7) De Papa Leone, num *Isleifus* eum conuenerit, quædam annotauimus ad *Kristnisfagam* p. 106. seqv.

quinquagesimum etatis annum absolue- A. C.
rat, Islandiâ jam durante eodem fere tem-
poris intervallo Christianis sacris initiata,
rogatus, ut exteras adiret regiones, ab
universo populo episcopus eligitur. Pere-
gre deinde austrum versus in Saxoniam
profectus, Imperatoris Henrici, Conradi
filiï, aulam petiit, eiqve ursum album, in
Grönlandia captum (quod animal promaxi-
mo cimelio reputabatur) dono dedit. Im-
perator autem Isleifum litteris, sigillo
suo munitis, per regnum suum transeun-
tem instruxit, quo factò, Isleifus Leonem 1056
Pontificem M. adiit. Pontifex litteras ad
Adalbertum Archiepiscopum Bremensem
mittit, ut Isleifum episcopum consecraret
festo Pentecostes, addens: confidere se,
dignitatem bujus episcopatus dei gra-
tia diuturnam fore, si primus Islandiæ epi-
scopus initiaretur ipsa ea die, qua Deus to-
tum orbem sancti spiritus communicatione
ornaverat. Isleifus igitur, eadem, qua Pon-
tifex

Sturlunga saga lib. 4. cap. 1. conceptis verbis eum
appellat Leonem Nonum. Hoc certum est, quod
obitus Leonis Noni in Islandiam non potuit esse
perlatas ante Isleifi ad exteros abitum.

A. C. Erkibiscupi í *Bremen* IIII nóttum fyri
 1056 Colamba meflo (g) oc feck Erkibiscup
 hönum alla þá (e) reidu er hann
 þurfti at hafa med Biscupstign, epter
 því sem Páfing sendi ord til oc Key-
 farinn. Sídan fór *Isleifr* Biscup þat
 sama sumar til *Islands*, oc setti Bi-
 scupsstól sinn í *Skálabolti*; hann hafdi
 naud mikla á marga vega í sinum
 Biscupsdómi, fyri sakir (f) óhlýdni
 manna, má þat af því merkia nockut,
 í hvörum naudum hann hefir verit,
 fyrer saker ótrú oc óhlýdni, oc ósidu
 sinna undirmanna, at Lögmadrinn átti
 mædgur tvær, oc þá lögduz sumer
 menn út í víking oc á (g) herskap,
 oc mörg endemi tóku menn þau til
 önnr, þau er nú mundi ódæmi þikia
 ef menn hendti slíkt. Um daga
Isleifs

(e) fido, *moribus*. F. E' 4. al. hluti, *rebus*. H. K.

(f) óbeillra manna. M. Q.

(g) herskip, *naves bellicas*. B. D. E' 3 al. hernat
 F. M.

(g) Omnes nostri *Annales* in anno 1056 consentiunt,
 quo *Isleifus* inauguratus fuerit, nam *Compilationem*

Odden.

*rifex jufferat, die in Episcopum inaugu- A. C.
ratus est ab Adalberto Archiepiscopo 1056
Bremenſi quarta nocte ante feſtum Colum-
bæ. Inſtruxerat eum Archiepiſcopus om-
nibus rebus ad munus Epifcopi obeundum
neceſſariis, prout Pontifex & Imperator
mandaverant. Eodem anno vertente Epi-
ſcopus Isleiſus Islandiam petiit, & Ca-
thedram epifcopalem in Skalholto fixit.
Multum illi moleſtiæ variis modis in hoc
officio devorandum fuit, detrectante ob-
ſequium populo. Quas autem ærumnas
irreligioſi & contumaces ſubditi, eorum-
que pravi mores, ei creaverint, vel ex
hoc ſatis liquere poteſt, quod Legiſer ma-
trem & filiam eodem thoro ſibi copulave-
rat, quod quidam piraticam exercerent
& prædarentur, multaque alia flagitia
exer-*

*Oddenſem, quæ hanc ſolemnitatem ad annum 1055
refert, non moramur. Cum vero feſto Penteco-
ſtes inauguratus fuerit, illud hoc anno in diem 26
Maji incidit, adeoque 14 noctibus ante feſtum S.
Columbæ, ita ut hic ſit mendum IV. pro XIV.
unico X. culpa librariorum omiſſo.*

A. C. *Isleifs* Biscups komu út Biscupar af öðrum löndum oc budu margt linara enn *Isleifr* Biscup, urdu þeir af því vinsælir vid vonda menn, þar til er *Adalbertus* Erkibiscup fendi bref sitt út til *Islands*, oc bannade mönnum alla þionustu af þeim at þiggia, oc (h) kvad þá sumu vera bannsetta, enn alla í óleyfi sínu farit hafa. Um daga *Isleifs* Biscups, kom út Biscup sá er (i) *Kolr* het, oc andadiz hann út her, hann var grafinn í *Skálabolti*, oc var sú kyrkia her á landi fyrst þýdd í tígins manns (k) greftri, enn at rettu kallaz má andlig móder allra annara vígdra húsa á *Islandi*. *Isleifr* Biscup hafdi ávalt óhægt bú fyrri peninga, voru tilfaung lítil, enn (l) ásfókn mikil, oc var hönum af því ervidt búit. Margir mennfeldu hönum sonu sína til læringar, oc voru þeir síðan gódir kennimenn, enn tveir urdu

Bi-

(h) bad. G. R.

(i) Kerill. F. & 6. al.

(k) grepti. F.

(l) áfókn. A. B. C. D. & 4. al.

exercerent, quæ, si nunc acciderent, pro A. C. portentis haberentur. Isleifi tempore ab aliis regionibus episcopi huc advenerunt, qui multa remisius fieri, quam Isleifus jusserat, mandabant, & hac ratione malevolorum hominum sibi conciliabant favorem, donec Adalbertus Archiepiscopus, missis huc in Islandiam litteris, omnes eorum ministerio uti vetuit, quosdam eorum communionem fidelium exclusos, omnes vero injussa suo huc profectos, commemorans. Etiam, sedente Isleifo, peregre huc advenit episcopus, Kolus nominatus, qui hic (in Islandia) mortuus & in Skalholto sepultus est; & sic primum omnium incltyti viri tumulo honestatum est hoc templum, quod merito omnium sacrarum in Islandia ædium matrem spirituales dixeris. Solitum Isleifo erat argenti penuria laborare, pauca in acceptum referre, multa in expensum; hinc crebra rei familiaris angustia. Multi filios suos ejus fidei erudiendos commiserunt, qui postea egregii evaserunt sacerdotes, quin & duo illorum episcopi

A. C. Biscupar; *Kolr í Vík*, austr í *Noregi*,
(9) oc *Jón* Biscup at *Hólum*.

1080 Enn þá *Isleifr* hafði Biscup verit
(m) XXIII. vetr (10), þá tók hann
fótt á alpingi um (n) messu, svo fast
oc skiótt at hann varð þegar at fara
úr messu klæðum, oc fór þá í (o)
messu klæðinn *Guthornur* prestur *Finn-
ólfs*son úr *Laugardal*, at ráði Biscups,
oc tók þar til messunnar er Biscup
hvarf frá, oc lauk messunni. Síðan var
Biscup færdr heim í *Skálabolt*, oc var
giört rúm hans í kyrkiu, menn leit-
udu þá eptir (p) heilræðum vid hann,
bædi um Biscups kosning oc þá hluti
adra er þeim þótti at skyldu þurfa
um at tala, enn hann lagði þau ráð
til, at þeir skyldu bidia til *Guthorns*
prest til utanferdar, oc taldi hann
best tilfallinn af þeim mönnum er þá
voru samlendir, enn sagði þó, at þeim
mundi

(m) XXV. M. N. P. Q.

(n) á Máo messó. M. Q.

(o) messufót. A. B. & 6. al.

(p) heilráðum. A. B. C. D.

facti sunt, Kolus in Vikia, orientem ver- A. C.
sus in Norvegia, & Johannes, episcopus
Holensis.

1080

Cum Isleifus per 24 hyemes epi-
scopus fuisset, in conventu univetsali,
sub ipso missæ officio, tam acri &
subito morbo correptus est, ut omni-
ctum sacrum exuere coactus fuerit,
quem consilio ejus, sacerdos Guthormus
Finnolli filius ex Laugardal resumens,
& in vicem episcopi subiens, officium
continuavit & absolvit. Postea epi-
scopus ad Skalholtum reducitur, eiqve
lectus in templo stratus est. Consule-
batur tunc de eligendo episcopo, aliis-
que rebus, quæ maximi videbantur
momenti. Inter alia tum autor fuit
persuadendi Guthormum, ut peregre
abiret, eum enim omnium, qui in Is-
landia tunc degebant, maximè idoneum
fore. Submonuit tamen, diu præsto-

B 3

latu-

(9) Kolus Episcopus expressis verbis appellatur, in quibusdam Annalibus, *Osløensis*. Conf. *Langebek* Scriptor. *Rer. Dan.* Tom. 2. pag. 512.

(10) Episcopo Isleifo 24. officii annos attribuunt *Arius Polybistor* Sched. Edit. Havn. pag. 56. & *Kristnif*. Edit. Havn. pag. 108.

A. C. ri (13), pá var *Haraldr Sigurdarson*
 1080 Kónger yfer *Noregi*; *Isleifr* Biscup and-
 adiz á drottins degi í kyrkiu í *Ská-
 labolti*, um middegi dags (s), III nótt-
 um (t) fyri seliümanna messu, pá hafdi
 hann Biscup verit (u) XXIII. vetr, oc
 var hann grafinn hiá leidi *Kols* Bi-
 scups, pá var lidit frá hingatburdi
 Krists (x) M. ára LXXIII. vetur (14).

III

- (s) et midium. degi dags. E. G. O. R.
 (t) þremur nóttum, legit A. Magnæus in margi-
 ne. M. (u) XXV. N.
 (x) MLXXX. K. J. *Qui communem hunc cal-
 culum ubiqve sequentes eatenus à reliquis
 exemplaribus discedunt.*

(13) Quod Isleifus etate quinqvagenarius inaugura-
 tus fuerit, cum nostro asserit *Arius Polybistor* Sched.
 pag. 56. Sed noster pridem dixerat Isleifum tunc
 electum fuisse, quæ sententia inde roboris quod-
 dam adipiscitur, quod Autor noster dicat, *Frideri-
 cum* unicum *Episcoporum* ante religionem *chri-
 stianam* legibus receptam, sive ante annum 1000,
 & *Kolum* tempore *Isleifi* in *Islandiam* advenisse,
 cum tamen hic anno 1001 aut 1002 in *Islandia*
 fuerit. Vid. *Viga-Glumsfaga* pag. 240. & *Finni Jo-
 hannaei* *Histor. Eccl. Isl. Tom. I. pag. 87.*

(14) Cum hæc vice primo apud Autorem occurrat cal-
 culus chronologicus ad annos Christi determinatus,
 qui calculus per totum librum eodem fundamento

fu-

raldo Sigurdi filio, Rege Norvegiæ. A. C.
 Decesit die dominica, hora meridiana, ¹⁰⁸⁰
 in templo Skalholtensi, quarta nocte ante
 festum Sanctorum in Selia, postquam se-
 disset per 24 hyemes, & prope tumulum
 Koli episcopi sepultus est. Transierant tunc
 à natali die Domini 7. C. 1073 anni.

B 5

Cap.

superstruitur, & ita sibi constat, ut mendum libra-
 rii hic vix admitti queat, operæ pretium esse duci-
 mus, si collatis invicem Datis dispiciamus, num hæc
 simul consistere queant. Præter communem tot
 exemplarium *Hungrvaka* consensum, quorum re-
 censum in Præfatione exhibuimus, multum robo-
 ris huic calculo conciliari videtur ex expresso con-
 sensu *Vitæ Thorlaci Sancti*, *Vitæ Pauli Episcopi*,
 utriusque ab auctore non tantum coævo, sed &, ut
 videtur, utriusque viro familiari conscriptæ, *Vitæ*
Jona Episcopi Holensis, & *Legendæ* perantiquæ de
Sancto Thorlaco Episcopo, quam ex *Breviario Ni-*
darosensi exhibet *Danske Magazin* Tom. 3. p. 9. sq.
 Sed quotquot illa testimonia sint, accuratius tamen
 perpensata corrunt, nam *Vitæ Sancti Thorlaci* &
Pauli Episcoporum absque dubio eundem auto-
 rem agnoscunt, ac *Hungrvaka*, sed *Legendæ de San-*
cto Thorlaco ex ejusdem *vita* excerpta esse videtur,
 ita ut omnes hæc historiæ unius tantum testis loco
 habendæ sint; *Vita autem Jona Episcopi Holensis*
 hoc

A. C.

hoc loco aperte sibi contradicat, cum primo dicat, *Isleifum Episcopum post viginti quatuor annos in officio exactos, obiisse die dominica 5. Non.* (mendum hic est, & legendum; aut die 5 Julii, aut 3 Non. Julii) *Julii, sive pridie octavam Apostolorum Petri & Pauli, octoginta annis post eadem Regis Olai Trygvini, quæ omnia ad amussim quadrant in annum Christi 1080, nihilominus dicta Jona Episcopi Vita annum Isleifi emortualem secundò refert ad annum Christi 1073, quo anno 5. Non. Julii incidit in diem Jovis, & 3 Non. Julii in diem Veneris, ita ut, quomodocunqve calculus ille sumatur, consistere nequeat. Similiter & visa Johannis Episcopi dicit Johannem illum, postea Sancti nomine celebratum, obiisse die Saturni 9. Cal. Maji 1114, quo tamen anno 9. Cal. Maji in diem Jovis incidit; sed anno 1121 dies 23 Aprilis, sive 9 Cal. Maji in diem Saturni incidit, & dictus etiam annus, fide omnium Annalium, Johanni Sancto erat emortualis. *Legenda de Sancto Thorlaco* ex Breviario Nidarosiensi, libro ecclesiæ liturgico publico desumpta, magnam postularet fidem, nisi aperta adsit contradictio, cum dicat Sanctum illum *obiisse feria quinta, decimo die Kalendarum Januarii* (nam quod cel. Pontoppidanus Ann. Eccl. Dan. Tom. 1. p. 463. scribit: *12 Cal. Junii*, non unicus est in paucis istis verbis exscriptoris lapsus calami) *advesperascente, qui est proximus dies ante vigiliam nati- vitatis Domini.* Quæ omnia coincidunt cum die 23 Decembris anni 1193, quo Thorlacus Episcopus obiit, sed anno 1186, ad quem mortem Thorlaci refert *Legenda*, dies decimus Kalendarum Januarii incidit in diem Martis, sed ipsum festum na-
tivitatis*

divitatis Domini in feriam quintam hebdomadis. A. C.
 In his etiam omnibus cum *Legenda* consentit *Vita*
Tborlaci Sancti, inqviens: "Þorlákr Biskup and-
 „adist á Þórædag einni nótt fyrir Jöla-aptan —
 „þá var lidit frá burð Christi MCLXXX. ok VI.
 „vetur" quæ recens antea refutavimus.

Vita Pauli Episcopi à principio ad finem eundem
 hunc calculum servat, qui tamen neutiquam con-
 sistere potest, nam ut cætera sicco pede transe-
 mus, autor *Paulum obiisse* testatur, *feria tertia heb-*
domadis, pridie festum Andreae, quod recte se ha-
 bet, cum *Sturlungasaga* libr. 5. cap. 8. dicat Pau-
 lum decessisse 3 Cal. Decembr. cui nec dissentit *Ne-*
crologium Islandicum apud *F. Johannicum* Hist.
 Eccl. Island. Tom. 1. pag. 598. Illo enim die
 Paulus certe obiit, sed anno 1211, quo omnia hæc
 coincidunt, non autem anno 1204, ut vult ejus
 vitæ auctor, nam tunc dies 29 Novembr. Paulo
 Episcopo emortalis incidit in diem solis. Tan-
 dem calculus chronologicus *Hungryaka* nobis ob-
 venit, qui simili in mendo cubat, quod scilicet
 omnia facta integro septennio anticipentur. De
 die emortalis Isleifi Episcopi omnes scriptores con-
 sentiunt, quod fuerit dies dominica, quam *Arius*
Polybistor Sched. Edit. Havn. pag. 58. ut & *Stur-*
lungasaga libr. 4. cap. 2. dicunt incidisse sex nocti-
 bus post Petri & Pauli; *Vita Johannis Episcopi Ho-*
lensis pridie octavam Petri & Pauli; *Hungryaka*
Lingua Islandica, homini Germano ignota 275.
Lituus, (scipio Episcopalis) ex dente (dentibus)
 ceti factus, dono missus Thoreri Archiepi-
 scopo, a Paulo Episcopo Johannis filio 231.
Loptus, Pauli Episcopi filius, ejus artes 201.
 peregrinatio 227. Vitam religiosam am-
 plexus decessit 200. n. 17.
Lunæ, facies sanguinis instar, ejusque defectus
 fudo aëre 239.

M.

- Magadaborg* (*Magdaborg*, *Magdeburgum*) urbs
 Saxoniz 42. 43.
Magni Bóni, Regis Norvegiæ obitus 34.
Magnus Einari filius, Episcopus Skalholtensis
 87. Ejus genus *ibid.* Forma, indoles, mo-
 res, artes 89. Coopratur in Episcopum
ibid. Venit in amicitiam Regis Haralldi
 Gillii 91. Ab Össure Archiepiscopo ini-
 tiatur ad Episcopatum *ibid.* Eximia ab Ha-
 ralldo Rege munera accipit 93. Laudatur
 speciatim ab studio reconciliandarum dis-
 cordiarum, & in hanc rem liberalitate 95.
 Templum Skalholtense a se auctum conse-
 crat *ibid.* Ditat Cathedram Skalholten-
 sem

fem 97. Incendio Hytardalensi perit 103.
109. Quid mortes genus sibi a Deo exoptaverit 103.

Magnus Gissuris Halki f. filius 179. 237.

Magnus Rex Haraldi (*Severi*) filius obiit 35.

Magnus Nudipes, Rex Norvegiæ cecidit 67.
Proavus fuit Pauli Episcopi Johannis filii
143.

Magnus Sanctus, Comes, ejus cædes 69.

Magnus Sigurdi filius (Coecus) Rex Norvegiæ
109. Ejus cædes III.

Magnus Tborði filius, sacerdos Reykiahollten-
sis 89.

Mána foss, locus piscaturæ 323.

Mána-gardr 325. Utrumque ex sequenti.

Mánius Christianus 321. A Fridrico Episcopo
baptizatur *ibid.* Ejus vitæ sanctitas *ibid.*
Devotio, & in pauperes liberalitas 327.
Templum in Holto (prædio suo) condit
ibid. Gravi annonâ incubante salmonum
captura abunde utitur *ibid.* Ejus capturæ
jus templo Holltensi legat *ibid.* Anachoreta fit, gentilium, osorum fui, convictum
fugiens, eam vitam amplexus æstatibus
opus foenarium facit, vaccæ suæ, cujus
lacte victitabat, hybernum alimentum pro-
visurus 325.

Marcus Skeggii filius, Legifer, Laudatur a sapientia, & arte poëtica 47. obiit 69.

Margareta Artificiofa, laudatur ab arte celandi, & dentes (balænarum) sculpendi 231. 233.

Mensuræ ulnarum, quomodo in Islandia auctoritate Pauli Episcopi fuerint determinatæ 189. 191.

Mikligardr 334.

Molda-gnæpus 87.

Mors violenta, peccatorum remissionem promereri credita 102. n. 66.

N.

Niáll Episcopus, obiit 249.

Nicolaus, Abbas monasterii Thveraënsis, orationem habet in Templi Skalholltini consecratione 123.

Nicolaus, Abbas Nidrosiensis *ibid.* n. 87.

Sanctus *Nicolaus*, Episcopus Myrensis 67. 115. n. 85.

Nicolaus, Episcopus Osloënsis, Paulum Episcopum muneribus ornat 229.

Nicolaus Sigurdi filius, cæsus 139.

Novitates, exoticæ in comitiis Islandicis publicè narratæ 93.

Nordlandt, (Islandiæ septentrionalis incolæ) preces admovent Gissuri Episcopo, de venia suam sibi propriam Episcopum habendi 51. Hujus petitionis fundamentum s. prætextus *ibid.*

Numerus Templorum, & sacerdotum, a Paulo Episcopo in sua dioecesi initus, & qua de causa 195.

O.

Oddnya Magni filia, Magni Episcopi noverca 87.

Olaus in Hauka-gilö, socer Thorvalldi peregrinatoris 293. Templum in villa sua condit 299.

Olaus Kyrre (opietus) Rex Norvegiæ, Romam mittit pacem oratum defunctis 33. Decesit 67.

Olaus Magni f. Rex Norvegiæ, obiit 67.

Olaus Sanctus, Norv. R. Eo auctore Biarnvardus *Eruditus* petiit 31. Cæsus 34. n. 17.

Öndolfus, unus ex primis occupatoribus Islandiæ 303. & var. lect. b.

Önundus in Reykiadalö, Christo nomen dat 303.

Önundus Thorkelis filius, moritur 251.

Ormus Pauli Episcopi frater 167. Ejus elogium 191.

Ormus,

Ormus, frater Thorvaldi *peregrinatoris*, patri in deliciis fuit 257. Baptizari detrectavit 291.

Össur Archiepiscopus, Johannem Ögmundi, Thorlacum Rünolfs, & Magnum Eisaris filium, Episcopos ordinat 53. 73. 91. Ejus sub auspiciis conditum est *jus Ecclesiasticum*. Thorlaci & Ketilli Episcoporum 77. Diem suum obiit 110. n. 80.

P.

Pascalis, Pontif. R. decessit 61.

Patientia erga contumaces & improbas, ad munus Apostoli pertinet 141.

Patricius (Sanctus,) Apostolus Hyberniæ 141.

Paulus Joannis filius, Episcopus Skalholltenfis 143. Ejus genus, forma, ingenium *ibid.* Artes 145. Mores 147. 149. Matrimonium 145. 149. Peregrinatio, & literarum in Anglia studium 145. Prætura 149. Pietas erga Thorlacum Episcopum avunculum suum 151. Electus in locum Thorlaci Episcopi, primum detrectat id munus, sed tandem suscipit utilitatis publicæ gratia 153. Peregre proficiscitur inaugurationis causâ 155. Apud Regem Sverrerem hospitatur 159. 163. Sacerdos consecratur

159. Episcopus consecratur 161. Absalomem Archiepiscopum, & ceteros inaugurationis suæ promotores, donis remunerat 161. 163. Ejus jam Episcopi facti comitas & communitas erga subditos 167. 195. Lenitas præceptorum 195. Providentia circa rem familiarem 169. Hospitalitas *ibid.* Felicitas 197. Amor in eum populi universi 169. 195. 197. Ædificationes sumtuosæ ad templum Cathedrale pertinentes 171. seqv. Iniquitati mensurarum quæ ulnis exiguntur, invenit remedium 191. Luctuosam uxoris & filię jacturam quomodo tulerit 209. 213. Et moderatio ejus circa sumtus in harum exsequiis 209. 211. Institutum ejus circa homilias (seu sacras conciones) 213. Quoties ipse quotannis concionatus fuerit *ibid.* Cur diversis usus fuerit ministris, cum priores Episcopi semper eodem usi sint 217. Implicatur turbis inter Gudmundum Episcopum & Nordlandos, & quomodo se in hisce gesserit 219. 223. 225. Quod temperamentum secutus fuerit circa suæ dioeceseos incolas a Gudmundo excommunicatos 221. Suspectus fit Gudmundo, quasi procerum partibus studeat 125. Muneribus honoratur a Thorere Archie-

Archiepiscopo, & Nicolao Episcopo, Norvegis 229. Amicos exteros donis colit; nominatim Thorerem Archiepiscopum 231. Morbum nanciscitur sibi capitalem 235. Ante extremam unctionem longum sermonem habet, atque ibi fedulò confitetur universa, quæ se in Episcopatu admisisse arbitrabatur, aliis cavenda: Condonationem offensarum omnes orat, & ipse vicissim dat 237. Placidè decessit 239. Epilogus Auctoris super ejus obitu consolatorius 243. Portenta ejus obitus 239. Quot annos Episcopatum gesserit 245. 247. Et ejus encomium ab Amundio Arnæ filio, poëta *ibid.*

Paulus Sölvii filius, sacerdos 105. & n. 70.

Paulus Thordi filius, obiit 137.

Pestilentia, in Islandia 65.

Petrus, Episcopus Roskilldenfis 161.

Philippus, Francorum Rex, obiit 61. n. 38.

Philippus, Svecorum Rex, obiit *ibid.* n. 38.

Philippus, Comes, obiit 249.

Piratica, exercetur a nonnullis in Islandia, fedente Isleifo Episcopo 17.

Piscatura, ejus in annibus exercendæ jus peculiare 323.

Prærogativa, s. primatus præsumtionis, de qua libet præda indivisa, commilitonum fortissimo, ex lege piratica, concessa 265. 267.

Procellæ vehementes, in Islandia 63.

Prodigia 83. 239. 241. 315.

Psalterium (Davidis,) Ejus tertia pars quotidie cantata 79.

Purpura candida 47.

R.

Ragnbeida, uxor Hedinis de Svalbardo 313.

Ragneida Thorballi filia, mater Pauli Episcopi 143.

Rangár-ós, portus 39.

Reges, ita appellati duces piratarum 263.

Responsa memorabilia 57. 73.

Reykia-strönd, territorium in Skagaförðo 255.

Reykia-bolt, prædium, inde Thorlacus Runolfi filius Episcopi titulum accepit 73. 75.

Richardus, Angliæ Rex, moritur 249.

Rivus, per transversum cadens coenaculum 293.

Röskellða (Roskilla) 160.

Rúða á Englandi (Rothomagus Nordmanniæ) 30. 31. n.

Rudolpbus, Episcopus, in Islandiam venit, & quamdiu ibi manserit 31.

- Runolfus*, Episcopus (Ketilli) filius, templum Skalholtense carmine laudat 121. obiit *ibid.* n.
- Runolfus Thorlaci filius*, pater Thorlaci prioris, Episcopi 69.
- Rusſia*, multos habuit Reges Imperatori Græco subiectos 337. Diversa fuit à *Gardarikia* *ibid.*

S.

- Sacerdotes*, numerati à Paulo Episcopo, vide *Numerus*.
- Sacerdotium*, & munus Legiferi, penes eandem personam m. n. 81.
- Samundus Hæbudensis* 225.
- Samundar-blida*, territorium Skagafiörði *ibid.*
- Samundus* (Polyhistor) sacerdos Oddensis, ejus laudes 47. Opera navata Giffuri Episcopo in Decimis introducendis *ibid.* & seqv. Obitus 85. & n.
- Samundus*, frater Pauli Episcopi, ejus encomium 191.
- Salmonum piscatus* 223.
- Sandár-tunga*, prædium 97.
- Saum-æsa* 262. lect. var.
- Saxum*, habitaculum Genii, quem Kodrann in Gilia pro Deo coluit 279.

Scrinium,

Scrinium, reliquiis D. Thorlaci Episcopi à Paulo Episcopo concinnatum 185. Summa impensarum in id *ibid.* magnitudo ejus 187. & aliorum eâ ætate in Islandia *ibid.*

Selia, Norvegiæ, (Insula) Sedes Episcopalis 33.

Sententiæ moralis 7. 125. 211. *Memorabiles*, vide *Responsa*.

Sententiæ Biblicæ 203. & 207.

Sigfusus Grimi filius, sacerdos, submersionis periculum evadit 207.

Sigmundus Ormi filius, obiit 250. n. 47.

Sigurdus Hierosolymipeta, Rex Norvegiæ cum fratre Eysteine 83.

Sigurdus Haralldii Gillii filius (cognomento *Munnur* (Labeo, aut Facundus) 9. Rex Norvegiæ, interfectus 135.

Sigurdus Slembi-diákn., cæsus 110. & n. 79.

Skalbolttum, a quo conditum 11. Sedes Episcopalis perpetua ex Gissuris Episcopi factione 47.

Skarbendingur, nomen proprium pallii sacri in Skalholto 97.

Skeggius, Fridgerdæ Hvammenfis filius, verba Thorvalldi *peregrinatoris* pro religione Christiana, in ludibrium vertit 301.

Skiáduk, quid sit 23. n. Cerevisiam isthoc mixtam, sua benedictione innoxiam reddit Isleifus Episcopus 23. *Skidius*,

Skidius, Grandævus 255.

Skriódr, nomen proprium calicis Templi Skalholltini 92. lect. var.

Snorrius Karlis (Caroli) filius, Thorlaci Episcopi, prioris, avus maternus 69.

Snorrius, pontifex (Helgafellenfis) obiit 37.

Snorrius Svetteingi filius 107.

Snorra-stader, villa 188.

Sölmundus Eyltfi filius 155.

Somnia, Kodranis in Gilia 283. seqv. *Somnium* matris Fridrici Episcopi 327.

Sörkver, Svecorum Rex, obiit 248.

Sponsa spiritualis, Episcopi recens inaugurati, vocatur ædes sacra cathedralis, per allegoriam 165.

Steinunna, Thorgrimi (cognomento *proceri*, Landn. b. p. 277.) filia, uxor Gissuris Episcopi 37. Cum viro Romam proficiscitur 39. Oeconomiam regit intra parietes Skalholltinos 49. seqv. Maritum de voto pro salute ejus nuncupando consulit 57.

Steinstader, prædium in Vatzdalo 33.

Sveinn fillobarbus (seu, ut vocari solet, *barba furcatæ*) Daniæ Rex, ejus parentes 263. Piraticæ incumbit *ibid.* & quidem ultra mare occidentale *ibid.* Belligerans in Britannia vivus capitur, & in carcerem conjicitur

citur 267. Inde merito Thorvalldi Kodranis filii liberatur 269. Testimonium ejus de Thorvalldo 271. & 273.

Sveinn Ulfi filius, Daniæ Rex, obiit 36. n. 21.

Sverrer Magnus, Rex Norvegiæ 157. Laudatur ab excellenti sapientia *ibid.* Paulum Johannis filium Episcopatus candidatum perhonorificè accepit *ibid.* Docuit modum vini ex baccis empetri faciendi 189. Excesfit e vivis 248.

T.

Teitus in Haukadalo, filius Isleifi Episcopi 13.

Teitus, Gissuris Episcopi filius 65. De hoc plura notatu digna legere est in Vita Magni Nudipedis Norv. R.

Teitus, Ketilbiörni *Grandevi* filius, primus Skalholti conditor 11.

Templa in dioecesi Skalholltensi numerata 195.

Templum iu Afo apud Hiallradalum conditum (quod primum in Islandia fuisse credibile est) 305. & fin. Hist. Miraculose ab incendio servatur 307. 309.

Templum Cathedralè, Skalholltense XXX. ulnarum 45. Intrinsecus & extrinsecus inauguratum 123.

Terræ motus funestus in Islandia 137. 233.

Tbiörsá,

Tbiors-á, annis nobilis 205.

Thomas (Sanctus) Archiepiscopus Anglorum, ejus passio 137.

Thora Pauli Episcopi filia, laudatur ab obsequio & amabilitate indolis 203. Annos nata XIV. oeconomiam Skalholtensem intra parietes regit cum omnium approbatione 211. 213.

Thorarinn, colonus Hvammensis 301.

Thorarinn Ivaris filius, occisus 87.

Thordisa mulier Infulana (Vide *Eyversk*) uxor secunda Giffuris Albi 11.

Thordisa, Thoroddi pontificis filia, uxor tertia Giffuris Albi, & mater Isleifi Episcopi 13.

Thordisa bariola (vates) 257. Ejus de Thorvalldo Kodranis filio vaticinium 259. Scrupulus ejus de argento, quod Thorvalldo abs se dimisso præbebat pater 259. seqv. Thorvalldum educavit 263.

Thordus, frater Thorvardi Spakbödvaris filii, abhorret a nefario consilio fratris Arngeirris 303. 307.

Thordus de Höfdio 255. 301.

Thordus Snorrrii filius, obiit 251.

Thorer, Episcopus 159. idem ut videtur cum sequenti.

Tborer, Archiepiscopus Norvegorum, Paulo Episcopo splendida munera mittit 229. Paulus ei vicem munerum reddit 231.

Tborer Broddii filius (*Viga-biarnii* nepos) prior maritus Steinunnæ uxoris Gissuris Episcopi 37.

Tbore: Steinmodi filius, sacerdos, cæsus 110. n. 79.

Tborer (aliis *Tborsteinn*) maritus Margaretæ Artificiose, procurator bonorum Cathedralis Skalholltenfis 231.

Tborgils Oddii filius, ejus lites cum Hassidio Mâris filio, & harum compositio 87. n. 57.

Tborkatla Skaptii (Legiferi, ut videtur) filia, uxor Ketilli Gissuris Albi filii 11.

Tborkell Eyjolfi filius, periit 36. n. 22.

Tborkell Grenjadi filius 302.

Tborkell Halli filius, Pauli Episcopi famulus, laudatur a donis docendi (concionandi) & morum integritate 215. In Canonicorum coenobium se confert, *ibid.* & 155.

Tborkell Skotakollus (Landn. b. 306. *Skotakarl*) 69.

Tborkell Skumi filius, obiit 250. n. 44.

Tborlacus Ketilli filius, levir Pauli Episcopi 179. 211. moritur 210. n.

Thorla-

Tborlacus Runolfi filius 69. Ejus genus, ingenium, mores 69. 71. Statura, forma 71. Literis imbuitur in Hauka-dalo 69. Cooptatur Episcopus. 55. 71. Ea dignitate minus dignus videtur exteris, at mox ob responsum suum piæ modestiæ plenum, dignissimus. 73. Scrupulus super ejus initiatione, quomodo remotus 73. Inauguratur in Dania 75. Multos in literis instruit, & Christianismum in Islandia multimodis promovet, *ibid.* Jus Ecclesiasticum componendum curat 77. Episcopatu utitur incommodo 87. Ejus exercitia quotidiana, secundum unum Hungurvakæ Codicem 78. n. h. Piè moritur 81.

Tborlacus Tborarini filius 69.

Tborlacus Tborballi filius, Abbas Thyckvabæensis 131. Klængo Episcopus cooptatur 131. Ejus elogium 141. Vita ejus ab auctore *Hungurvakæ* scripta 139. Ejus reliquiæ exhumantur, & decenter suo loco componuntur 181. Festum illi lege fancitur, votaque & donaria fiunt, *ibid.* Primus fuit Sanctorum Islandiæ 131.

Tborleifus Tborlaci filius, de Hytar-dal 179. obiit 251.

Tborlöga, Sæmundi Hæbudensis filia 255.

Tboroddus in Hiallo, pontifex, avus maternus
Isleifi Episcopi 13.

Tborsteinn Aurifaber, & scrinii (Thorlaciani) ar-
tifex 185. n. & 231.

Tborsteinn, Halli de Sida filius 87.

Tborsteinn Hávardi filius (rectius *Hallvardi*, ex
Landn. b. quæ & auctorem cædis nominat
Einarem Hialltdandensem 372.) cæsus 85.
87.

Tborsteinn Diaconus, in anne Thiorfá perit
267.

Tborsteinn Kuggii filius, cæsus 37.

Tbarvallus, *Gissuris Halli filii filius* 179. 199.
237. 241.

Tborvallus Kodranis filius, *Peregrinator* 257.

In pueritia obsequiosus erga iniquum &
immitem patrem, *ibid.* A Thordifá *Vate*
educandus suscipitur 261. Peregre profi-
ciscitur 263. Sveini *Fissobarbo* tum archi-
piratæ militat, & ab eo omnibus aliis ante-
ponitur 263. Ejus virtutes recensentur
265. Sveinem Regem & plures commili-
tonum in carcerem coniectos, suo merito
inde liberat 269. Multas terras perlustrat
273. Baptizatur, *ibid.* Fridricum Episco-
pum perfvadet ut secum in Islandiam eat,
parentum & cognatorum convertendorum
gratia,

gratia, *ibid.* In Islandiam veniens apud patrem hyemat, *ibid.* Ista hyeme parentes & eorum familiam ad Deum convertit 291. Quo pacto hoc perfecit fusè memoratur 275. seqv. Ipse & Episcopus domicilium sibi constituunt *Lækiamoti* in Vididalo, ibique IV. annos habitant 291. Thorvallus matrimonium init 293. Quid in istis nuptiis evenerit memorabile 295. seqv. (Vide &, *Fridricus Episcopus*, & *Hauki.*) Cum Episcopo in Provinciam occidentalem proficiscitur divini præconii causa, sed nihil ibi proficit 303. Speciatim *Hvammi* in Breidafjardardalis concionatus contemnitur & deridetur quod ipse carmine significat 301. In Provincia Septentrionali aliquot viros nobiles Christo acquirit 303. Divinum in comitiis universalibus faciens præconium, a Hedine Svalbardeni maledictis laceratur & neminem sibi credentem invenit 313. duos occidit, qui se & Episcopum carmine diffamaverant, quod factum a Fridrico Episcopo improbat 315. Quarta (*septima*, vitiose) hyeme *Lækiamoti* exacta cum Episcopo in Norvegiam proficiscitur, ibi incidens in Hedinem Svalbardensem hunc facit interfici 331. 333.

Hanc ob rem ab Episcopo relictus Islandiam repetere non vult piis rationibus inductus 333. 335. Iter suscipit in regiones exteriores Hierosolymam usque 335. Ab ipso Imperatore (Græco) perhonorifice accipitur, & donis, ceu amicus, ornatur, *ibid.* Per istas regiones quasi columen quoddam Religionis Christianæ celebratur, *ibid.* Ab Imperatore constituitur præses Rusiæ & totius Gardarikiæ, potestate in multos harum regionum reges instructus 337. Ibi monasterium condidit, & in hoc monasterio vitam finiit, *ibid.* Annus æræ Christianæ, quo in Islandiam cum Episcopo venit, determinatur, *ibid.* seqv.

Tborvallus Ressonius 305.

Tborvallus Thorkilli filius, obiit 251

Tborvartus (qvibusdam *Tborvallus*) Spakbödvaris filius, fidem Christianam amplectitur 303. Templum condit in Aso villa sua 305. 339. Et quando hoc factum, *ibid.* Atrox injuriarum vindex perhibetur 307.

Torvastadir, (in *Biskupstungis*) villa sacerdotalis, notabilis super ea observatio Brynjólfi Episcopi 104. n.

Torvius Bödvaris filius, sacerdos, & famulus Thorlaci Episcopi, ejus character, & studia

dia quotidiana 79. Perit incendio Hytar-
dalenfi 105.

Trect (Trajectum) urbs 112.

Tropas, Allegoria 164 242.

Turris lignea (five propylæum, porticus) templa
Skalholtensi a Paulo Episcopo addita 271. sq.

V.

Velum, inter Christianos & Ethnicos in una do-
mo coenantes, expansum 293.

Ver, territorium in orientali provincia (hodie
Alfta-ver) 154.

Vestmanneyia (Insula *Westmannorum* & *Scoto-*
rum, *Hybernorum* &c.) has omnes fere
Magnus Einaris filius Episcopus suo ære
emit, & donavit cathedræ Skalholtensi 97.

Videnesense prælium 220. n.

Vidvika, prædium in Skagafördo 303.

Viga-bardius 255.

Vilborga Gissuris Albi filia, Hialltii Skeggii
filii conjux 11.

Vilhelmus (conquestor) Angliæ Rex, obiit 66.
n. 40.

Vinum, e baccis empetri factum 189.

Visones, vid. *prodigia*.

Ulastin (*Uladstir* Snorrio) Hybernix provincia
66. lit. 2.

Ulfus, Episcopus Anglus, aliis *Rudolfus*, in Islandia fuit 31.

Ulnæ, earum nova mensura lege determinata 191. Vid. *Mensura*.

Votum pro restitutione annonæ in Islandia factum, auctoribus nominatim Paulo Episcopo, & Thorvaldo Gissuris filio 199. 201.

Ursus albus e Grænlandia, dono datus Henrico Imperatori ab Isleifo Episcopo 15.



Index Vocum.

A.

- A** *bad*, inhabitatio (*by*, habitus) 44. 1
Afhera, *bere af*, excellere, superare. *Afbar*
saungr bans af öðrum mönnum, cantus ejus alios
 (aliorum cantum) superabat 144.
- Afjektir*, reditus, census 50.
- Aftekis*, decretum, decisum 176. (Particip. verbi *ek tek*
af, pronuncio, decerno.)
- Afvendslur*, (Cod. S. *afvinnur*, Cod. T. *Afveinflar* ex
 correptione A. Magnæ) expensæ, sumtus 192.
 (*Vendi*, verito, quasi *aversiones*.)
- Afvinna*, res vel negotium qualescunque impensas re-
 quirens 130. Quandoque ipsas impensas signifi-
 cat. Oppositum *Arvinna* suo loco vide.
- Agati*, præstantia, interdum adverbialescit: *agata vel*,
 perbene 174. (ab *á* in adversus, & *get* adipi-
 scor. quasi res valde expetenda.)
- Abyggia*, sollicitudo 6. alias *Abugi*, idem (ab *á*, &
bugr, animus.)
- Akafi*, *akefd*, vehementia 296. (*Kaf*, profundum aquæ,
 vel *kapp*, certamen, studium vehemens. Sed
 vide *Ind. Gunnlögs*. S. in hac voce.)
- Akafigr*, vehemens, de calore 306.
- Akenning*, specimen, majoris in minori similitudo 182.
 (Ab *á* in, & *kenni*, sentio, estque proprie sen-
 sus levis, gustus. Haud absimiliter *Martialis*,
 Lib. V. 6. 6. Sic *Burrus* cito *sentiat parentem*.)

- Alfa*, genus, pars, *Af guds álfo*, divinitus 178. (Scribitur *bálfa*, in I. Eccl. Arnzano, cujus Indicem vide hac voce.)
- Algerr*, perfectus 38. (*gerr*, factus, *allr*, ornans.)
- Albyfi*, totum ædificium, omnes ædes, simul 232. (*allr*, & *bálf*, domus.)
- Alit*, facies, aspectus (*lit*, conspicio) 142. Alias *Andlit*, idem.
- Alldinn*, senex, senescens 302. (Participium sine verbo, ab *Alldr*, ætas.)
- Allgöfgr*, pervenerabilis 10. (*All*, partic. inseparab. valde, & *göf*, donum.)
- All-skörugr*, valde gravis 70. *Skörugr*, gravis, strenuus. (*Skör* caput, quod à Gr. *Κόρυς* idem.)
- Almalltr*, neut. *Almallt*, quod in ore est omnibus, in communem consensum venit 154. (Participium sine verbo, *allr*, & *mali* dico, censeo.)
- Ana*, concitato impetu ferri 54. *var. lect.*
- Andstreymr*, adversus, arduus, difficilis 150. (de persona) 232. q. d. adverso amne, (*and*, partic. inseparab. contra, & *straumr* torrens.)
- Anetiqr*, irretiri, implicari 220. (*Nes*, retè.)
- Anna á bendr einum*, molestiam cui facessere, aut premere quem violentius de morbo, *var. lect.* 54. (*Önn*, cura, labor, molestia.)
- Ann-marki*, vitium, defectus 72. Affine videtur *ann-merki*, terminus, limes.
- Aptr-reka*, (adv. pro adject.) repulsus 90.
- Aptr-fiár*, desiderium rei perditæ 266. (Ubi *aptr-sjá* mendose expressum est, *aptr*, retro, & *se*, video, quasi respectus ad amissum) Alias *Eptr-fiár*, idem *ibid.*

- Ar-bót*, annonæ in melius mutatio 198. (*Ar*, annus, annona, *bót*, correctio, levamen.)
- Ardr*, aratrum 210. (à Lat. *aro*.)
- Arsta*, festum anniversarium (s. dies emortalis defuncti alicujus, a superstitionibus quotannis in memoriam revocandus. *Annale* simpliciter dicunt quidam) 132.
- A-sátt*, consentiens 92. (ab *á*, & *satt*, *sátt*, consensus, compositio, quod porro à *set* pono, compono, fedit)
- A-sú*, inspectio, auspicium 120. alias est *respectus*, *patrocinium* (*á*, & *se* specto.)
- Ast-þygli*, benevolentia, sedulus amoris affectus 330. (*Ast*, amor, vid. *Gunnl. S. Indicem*, & *Hygli*, cura, vid. *I. Eccl. Arn. Indicem*.)
- Ast-góði*, munus s. beneficium amicitiae & favoris ergo datum 196. (*ást*, & *góði*, bonum. Sed Cod. *S.* hic legit; *þann þótti öllum mönnum astgódr*, : erga omnes benignus judicabatur. five promptus ad amandum omnes, *Godr* sumitur interdum pro largo. *Bandamanna S. Oddr er godr af fenu* : Oddus pecuniae largus est.)
- Astfæll*, amabilis 168. (quasi gratia felix.)
- Astúd*, amor, benevolentia 164. (*Ast*, & *Ud* animus.)
- Astúdligr*, amabilis, gratus 76.
- Astfing* n. pl. apparatus 164. (*ast*, ad, & *fæ*, capio, acquiro.)
- Astför*, invasio 222. & 330. ubi male impressum est *astferd*. (*ast*, & *ferr*, eo, quasi aditio: *Adire* pro *invadere* invenitur quoque apud Latinos.)

Asgervi, qualiscunqve animi vel corporis elegantia sive naturæ beneficio, sive studio & exercitio quæsitæ 60. (*ger* *as* *fer*, iis quæ virtutem ornant plenè instructus; Urdû allir à eitt fattir — at einngi madr hefði *gervari as fer* verit enn Sigurdr Slembir um alla bluti 3: inter omnes conveniebat neminem hominum iis] *quæ virum ornant undiquaque instructiorem* fuisse Sigurdð Slembere. *Hryggjarstycki*.)

Asgervi-madr, homo bonis artibus imbutus 200. (retius & savius quam *Asgervis-madr*.)

Asðlen, incurio, invasio (hostis). 2) advenarum frequentia 18. (*Saki*, quæro, peto. Angl. a *Seth*. Lat. *Seqvor*.)

Astradr, Octogenarius 54. (*rædr*, vel à *rðd*, quasi qui decadem annorum ordine octavam implevit; aut est metathesis, pro, *ædr*, quasi *octo decades annorum gestans*.)

Arvinna, labor rusticus qualiscunqve, quo victus & opes parantur. 2) Latius vitæ sustentatio, victus, commeatus labore partus 324. 3) Operæ, servi. (*Vinn*, laboro: Dicitur & *ad vinna at einu*, conficere, consumere quod, unde forsitan *Arvinna* propriè, res ad vitam necessaria, quæ usu consumitur.)

Avarp, allocutio. 2) sententia, iudicium 70. Ubi, hann var kalladr — ecki — allskörugr *æ ávarpi* vel *flestna manna* 3: vultur aut gestibus haud satis gravis habebatur, *ex plerorumque hominum sententia*. (Est autem *avarp* vox elliptica, nam deest *ordf*, diciturque *as verpa ordi á* 3: adicere verbum,

verbum, pro, *alloqui quem*, & sententiam ferre de re quadam. *Verp*, jacio.)

Audgetligr, vilis, parvi pretii, tenuis 278. Vi vocis, facile parabilis (*aud*, partic. inseparab. facilitatem designans, *get*, nanciscor.)

Audn, f. desertum 288. (*audr*, vacuus. forte ab o particula privativa. vid. *audvandr*.)

Aud-råd, *Audredi*, quæstus. opum paratio, opes, fortunæ 48. 154. (*aud*, & *råd*, conditio. Mirè convenit Latinum *Facultates*, *Facile agere* &c.)

Aud-farr, evidens: conspicuus. 264. (*aud*, & *farr*, visibilis, a *se* video.)

Aud-vandr, minus industrius, negligens (particula privativa o *au*, *aud*, formæ variabilis est) 214. Cum autem non sit veri simile, Auctorem prædecessores Pauli Episcopi appellasse *Negligentissimos*, rejicienda prorsus videtur ista Lectio *Aud-vandastir*, aut per facile *solertissimi* exponenda, quanquam vix hoc admittat analogia Lingvæ; reponendum igitur *Rådvandastir*, vitæ integerrimæ, aut morum censes gravissimi, ex Cod. *Svec.* & *S.* qui & hoc loco habet *voro* fuerunt, pro *ero*, & *kunna* potuerunt, noverunt, pro *kunna*; quæ lectiones ceteris præferendæ.

Aud-efi, *audbafi*, opes, divitiæ 88. vid. *audrad*.

Averk, læsio 222. vid. Olavii Indicem ad *Landnáma-bok*.

B.

Bårdagi, pugna, cædes 220. 2) correctio, castigatio 56. (*beria* ferire, & *dagi*, de quo vide I. Olavii *Glossar. Syntagm.* v. *dagr*. Proprie *Bardagi* est

- verberatio. *Grágás* in *Vigsloda* 117. translate etiam calamitas, plaga een plage. Spec. Reg. 348. coll. 349. Literæ Eysteinis Archiepisc. in Hist. Eccl. Isl. T. I. pag. 236. Literæ Eyrici Archiepisc. ibidem pag. 253.)
- Beckr*, rivus 292. Germ. *Bach*.
- Beini* m. hospitalitas 166. (*beinn*, rectus, directus; *niem* hospitalis, expediens & promovens alterius iter.)
- Bera*, ferre, *bera fram*, gerere (negotium, officium) 210. *bar til*, accidit, contigit 134. 188. *Naud bar til*, necesse fuit. *ufus tulit* 126. *beraz at*, accidere 98.
- Betr* (adverb. comparatio) plus, magis. *betr enn álvar langt*, unâ ulnâ longius 186. (*vel*, bene, multum.)
- Bialla*, nola 32. Angl. *Bell. bella*, ferire, feriri cum sonitu.
- Bid* f. expectatio, morâ. *gádr í bidum*, longanimus, in expectando facilis, moræ patiens 218.
- Bida*, morari, expectare 222.
- Bida*, pati 206.
- Bifala*, commendare 242.
- Bila*, deficere 198. (*bil*, intervallum, locus vacuus.)
- Biórr*, domus frontispicium 172. Præterea de omni forma triangulari dicitur. Aliud *Biór* castor, fiber.
- Birzi* f. lumen 274.
- Birsaz*, apparere 286. (utrumque horum a *biartr* lucidus, clarus.)
- Biskupsdomr*, *biskupsdarni*, dioecesis 244.
- Biskups-efni*, vid. *Efni*.
- Blendinn*, *blandinn*, mixtus 98. (*blend*, & *blanda*, misceo.)
- Blid-*

Blágedr, miti animo, comis ingenii, humanus 248.
(*bládr*, & *ged*, animus.)

Bláðlæti, comitas, hilaritas 212. (*bláðlætt*, & *bládr*.)

Bláðnætur, noctes sanguinis, i. e. proximum a cæde tempus 222. (*bláð*, & *nótt*, nox.)

Bláð-æfir, (f. pl.) extrema sanguinis 222. cædes recens & novissima intelligitur; parte posteriore petita ab *æfir* extremitates, limites (panni, corii, calcamenti.) Vel *Bláð-æfir*, (m. sing.) furor sanguinis, animus cæde motus, ab *Æsa* incitare, concitare ad iram (*bláð-æfir* non adest in Cod. S.)

Bók-öf, doctus, literatus 30. (*bók*, liber, *Vífi* vel *Vífi*, sapiens.)

Botr, truncus (arboris, corporis, sicut *Limar* utriusque brachia dicimus) *bolvaxr* mediæ corporis statura 38.

Bordi, velum, aulæum 96. Edda Sæmundi sæpius habet. Hodie *Bordi* simbria, limbus vestis ornamenti causa assutus (à *bord*, & *bard* ora, extremum rei.)

Bót f. emolumentum, lucrum 152.

Bóta-lauff, irreparabilis 288. (*bót*, & *lauff*, quod in compositione privationem designat.)

Ból n. sing. malum calamitas. 246. (Dativo antiquè *bólvi*, genitivo plurali *bólva*.)

Bráð f. celeritas, raro usurpatur, præterquam *íþráð* celeriter, primo f. præsentis tempore 232.

Bráðr celer, citus, præceps 222.

Bragð, motus, momentum, temporis articulus. *Skamma*. *bragðs* cito, brevi 146.

Bragð,

Bragd, vultus, compositio, *med döpru bragði*, moesto vultu, nubila fronte 282. *conf. yfirbragd.* (*bregd*, verto. muto.)

Brenna, ardere, *Síðrinn brann*, mare æstuavit 240.

Brikur (f. pl. s. singulari *brik*.) Tabulæ erectæ in templis ornamentis gratia 172. *var. lect.*

Brixl n. exprobratio 316. (*bregda* objicere, exprobrare.)

Brúgdinn, versatus exercitatus 88. (construitur cum accusativo rei adjecta præpositione *vid. ad. á bragd.*)

Bú, hospitium 168. Hinc *góðr búþegn*, homo hospitalis, & inhospitalis. *Grettis S. & Olafi S. Tryggvas.* item *bui* alienus, extraneus, ut *búi-bundr*, nunc pravè *búa-bundr* & *bu-bundr*, canis extraneus; *búi-gridóngr*, taurus extraneus. *Þórsteins S. Hvítá* sub finem. Sed *Bú* proprie sumitur eadem pugna. apud Nostrum *var lect. Einskis þurfsi í bú at bidia* 3: nihil ad oeconomiam sustentandam deerat.

Byjar-menn, cives, oppidani 108. (*byrr*, villa, oppidum.)

Bylútt, turbidus, turbinibus inquietus (aër, cælum) 206. *bylr* sonitus, strepitus, turbo.

Baklúgr, libellus 2. 6.

Bakur, genitivus antiqv. à *Bók*, liber 88. *var. lect.* ex numerosa auctoritate Codd. optimorum.

Bana-balla, opéra precibus data, precatio 98. (*ban* precatio, *balla*, ago, exerceo.)

Banaballs-madr, crebrò precibus vacans. 70.

D.

Dádbittir, virtutis inventor, i. e. homo virtuosus poet.

246. (*Dál*, actio, virtus.)

Dags, diei, eleganter abundat 24.

Dapr, obscurus, decolor, moestus 282.

Daufr, *dausigr*, tristis, moestus 6. (Germ. *Taub*.)

Deilld, lis, dissidium 94. (*Deili*, divido.)

Döckr, ater, obscurus 286.

Draga, trahere, *Draga undan*, differre, in aliud tempus transferre 222. *dragaz undan*, (Deponens intransitivum, pro, *draga sik*) subducere se, subterfugere, *ibid*.

Dreifa, spargere 282.

Drepa, ferire, cadere 296. *drepa yfir*, dissimulare 212. (inde *yfirdrepskapr*, hypocrisis.)

Driupa, stillare. 2) oculos demittere, pudoris vel moeroris causa 64.

Drúpa, vultum dejicere 240. *Driúpr*, qui præ pudore vel tristitia vultum demittit. Affine Germ. *Trub*, turbidus.

Dymbil-dagar, hebdomas sancta, pascha proxime præcedens 62. Dan: *Dymmel-uge*, ob campanarum silentium, a *dum domm* mutus; hinc *septimana furda* mediæ ævi Latinis dicta conf. *Kristn. S.*

Dyrdar-madr, vir præstantissimus, gloriosus 78.

Dyr-gedr, præstantis indolis, excelsi animi 244. (poet. *dyr*, pretiosus, *ged*, animus, unde *gedr* contracte ex *gediadr*.)

Dyrligr, eximius, laudabilis 210.

Dagr, n. dies naturalis dimidia 12. horæ. *Tveggia dagr* fasta 24. horarum jejunium 180. Diminutivum a *dagr* dies.)

Dami, documentum, exemplum 244.

E.

Efni, res, materia 252. Hinc *Biskups-efni*, candidatus episcopatus, Episcopus designatus 156.

Efri, ulterior, posterior 22. *Efstir*, ultimus 204.

Eginligr, proprius 324. (*ek á* possideo.)

Einmallt, de quo omnes idem dicunt & sentiunt 34. (Participium sine verbo, *einn*, unus, & *mál* sermo.)

Einna, adverb. inseparabile, unice, singulariter, præsertim. *Einna mest*, quæ maxime 278. *Einna skyldast*, longe justissimum 320. (Tantum jungitur superlativo.)

Einrann, suum unius consilium, sequens 234. pro *einradn*, a *råd* ratio, consilium. (aut a *ræna*, sensus intellectus, ratio; ut sit *einrann*, sui sensus & cerebri.)

Einseto-madr, anachoreta 324. (*Einn*, sive sedeo, maneo, & *madr*.)

Eldaz, *Ellaz*, senescere 128. (*Elli*, senectus, *aldr*, ætas.)

Eldstockr, titio 296. (*Eldr*, ignis, *stockr*, fustis.)

Elva v. n. crescere 54. fere de morbis. (*El*, alo.)

Eltra, pellere, expellere 286.

Em, sum 308. Gr. *Eipi*. Angl. *Am*.

Endemi eindemi, res unius exempli, insolens & inauditum quid 16. (*einn* unus, *dami* exemplum.)

Endaz, sufficere 96. (*Endir* & *Endi*, finis.)

- Endilánger*, secundum longitudinem totus 294. (*Endi*, & *lánger* longus.)
- Eptir-gerd*, exsequiæ 198. (*eptir*, post, & *geri* facio. quasi officium posthumum 3: defuncto præstitum, parentalia.)
- Eptir-liggja*, relinqui, omitti 198.
- Ervidr*, molestus 18. (*Ervidi*, labor.)

F.

- Fáfræði*, f. inscitia, ignorantia 198. (ubi genitivus, casus est. *Fárr* paucus, *Fræði* f. notitia.)
- Fagnadr*, lætitia, gaudium. *Fagnadar erendi*, oblectans veniendi causa 166.
- Fagr-eygr*, serenis, claris oculis 142. (*auga*, oculus.)
- Fagr-bárr*, pulchricomus 142. (*Fagr*, pulcher, & *bárr*, pro *berdr* coma præditus. *bár* coma.)
- Falla* cadere. *Falla í skap*, gratum esse 8. *Falla í ged*, idem 6. *Falla í bag*, feliciter cadere, contingere 223. *Falla or minni*, memoria excidere 2. *Falla nar*, tangere, commovere 60.
- Fályndr*, taciturnus 148. (*fárr*, & *lund lyndi*, ingenium.)
- Fángelfi*, carcer 268. (*fángr* capio.)
- Farar-skioti* m. jumentum 204. q. d. itineris accelerator. Alias *Skióti* idem.
- Fárr*, paucus. *margs fárr*, rerum multarum defectus 146.
- Faraz*, perire 106. (ab activo *Fara* cum Dativo, e medio tollere, uti *at fara ser*, seipsum interficere.)
- Far-madr*, qui naviculariam facit 38. (*för* pl. *farar*, navigatio, *far* navis.)

Fasteigr, fixis oculis 142. (*Fastr* firmus, *eygr eygdar* oculis præditus, ab *Auga* oculus.)

Fá-stdindi, res novæ raro auditæ 252. (*fárr*, & *stdindi*.)

Fe-fastr, pecuniæ tenax, non largus 78. (*fe*, pecunia, *fastr*.)

Feginfamliga, lubenter, cum gaudio 44. (*Feginn* vid. in Gloss. Syntagm.)

Fegin-fögur, grata nuntia, fama exoptata 182.

Fegr, fato vicinus, cui mors imminet 206.

Fella, deicere, *Fella niðr*, negligere, omittere 6. *Fella bæn at einum*, orare 50. (quasi *preces admovere*.)

Fertugr, quadragenarius 57. (*fiórir*, quatuor, *rugr*, decas.)

Festa, figere, *feſta t minni*, memoriæ mandare 2.)

Fiall-brapi, *Fiall-drapi*, frutex 308. conf. *Kristni S.* in v.

Fiár-leiga, ufura, foenus 260. (ita melius capitur, quam pro mercede pecudum. *Fe*, pecus, pecunia, *Leiga*, locatio & ejus merces.)

Fiar-lagr, remotus 324. (*fiarri*, procul, & *liggia* jacerè, positum esse.)

Fimtugr, quinqvagenarius 80. (*fimm*, quinque, *Tugr*.)

Fingr-gull, digitale aureum 126.

Finna, invenire. *Finna at*, corrigere, castigare, vituperare 176.

Fiolla f. *Fiöldi* m. 292. a *fióllda bæjum* in villis plusculis 232. (cognat. Germ. *Viel* multum.)

Fiöl/skyllða, officiorum multiplex occupatio 232.

Firra, privare. *Firra báſka*, periculo liberare 224. (*fiarri*, procul.)

Flyza, accelerare 160. (*fiótr*, citus.)

Flytia, vehere, ferre, referre narrare 282.

- Forngi* dux, ante signanus 336. (*for*, præ, ante, *ngi* est mera formatio nominis.)
- Forlög*-n. vitæ sustentatio, victus 198. (*az leggja for*, ad alimentum destinare.)
- Forlög* n. pl. fata. 2) vitæ ratio, conditio 226.
- Formáli* n. præloquium 122.
- Forrád*, administratio 132. (*för* & *rád* potestas, imperium, regimen.)
- Forvisri*, homo perspicax, prudens 38. 46. (*för*, & *visurr*.)
- Föstrjörd*, solum natale; patria 334. (*föstr* nutritio, & *jörd*.)
- Frackar*, Franci 60.
- Fráfall*, decessus, mors 134.
- Fram-kvæma*, producere, proferre; promovere 178. (*fram*, foras, prorsum, *kem*, activè, venire facio, duco.)
- Frekliga*, plene, satis superque, affatim 236. (*frekr*, avidus it. magnus.)
- Fremia*, agere 140. (*fram*.)
- Fyida*, pacare, pacem facere. *fyrir einum*, pacem impetrare cui 32.
- Fróðleikr*, scientia, notitia 4.
- Frumtekia*, prærogativa, primæ optionis jus 266. (*frum*, inseparabilis, partic. primum, *tek*, capio.)
- Frædi* f. fama, notitia 316. (Gr. *φράδι*, cognitio.)
- Fragd*, fama, rumor 334. laus 270. (*freg*, rogo, fando audio.)
- Frænd-rakinn*, pius, in cognatos officiosus 88. (*raki*, colo.)

Fullræda-sámr, reddendæ vicis studiosus, jus taliónis amans 88. *fullrædi*, talio. (*fullr*, plenus, justus, *rád*, conditio. nisi malis arcessere ab *reidi*, pendo, solvo.)

Fullirúi, amicus, fidelis 150. (*trúi*, credo.)

Fyrirbyggja, providentia 230. (*fyrir*, ante, *bugr*, animus.)

Fyrirláta, deserere, relinquere 280. (quasi omittere, *præmittere*.)

Fadaz, ali, visitare, vitam sustentare 324. (*fadi*, alo.)

Falaz, consternari, de equis 328. (*fala*, terrere.)

Fari, instrumentum, it. facultas 156. (*ferr*, eo.)

G.

Gagnstæðligr (pro *Gagnstæðiligr*, quod mendum est) contrarius, oppositus 284. (*gagn*, *gegn*, contra, *stænda*, stare.)

Gánga, ire, *Gánga af ser*, in pejus mutari 220. *Gánga undan*, deserere, subducere se 150. *Gánga at sólo*, ex voto cedere 196. *Gánga vid* (quod & dicitur, *Gánga gegn*, *Gánga með*, *meðgánga*) facteri 262.

Gard-bverfa, f. area, locus circumseptus 324. (*Gardr*, sepes, *bverf*, circumeo, circumdo, cingo.)

Gefa, dare, *gefa upp*, de jure cujusquam rei cedere, missum facere 226. *Sva mun mörgum gefit vera*, ita cum multis comparatum esse credo. 2

Gegna, occurrere, respondere, *Gegna þingfarar.kaupi*, itineris comitalis censum solvere 52. *Sem best gegndi*, prout optime convenit 160.

- Gersemi* f. res pretiosa 14. homo præstans & eximius 114. (*giðrsamr*, perfectus.)
- Gerviligr*, honestis artibus (probe) instructus 164. de templo (*gervi*, f. habitus.)
- Gestrisni* f. liberalitas in hospites, hospitalitas 118. (*gest-risnu*, hospitalis. *gestr*, hospes, *rifa*, surgere, sublimem esse.)
- Geta*, accipere, consequi 300. Impersonaliter, *gái nær boergi ber á Islandi*, nusquam fere baccas in Islandia habere erat 9. nullus eorum dabatur proventus 188. divinare 306.
- Geyminn* curans, observans tenax 332. (*Geymi* servo, curo.)
- Gifr*, *gipr*, donum, munus 14. 60. fortuna, felicitas 174. (*gef*, do.)
- Gifra* (rectius, *gipru*) fortuna 202.
- Gim-steinur*, gemma 124. olim *gimr* idem. (*Gim* ignis, Edda in ignis vocabulis. quasi lapis igneus: fulgens. ita ut non sit necesse à *Gemma*, derivare.)
- Giöfull*, largus, munerosus 12. (*gef*.)
- Glíkia líkia*, assimilare, *glíkia epsir* 214. (Germ. *Gleichen Lik*, facies, corpus.)
- Glófi*, chirotheca, pl. *glófar* 228.
- Glepr*, imprudens factum, delictum 290. (Vid. Olav. Glossar. Syntagm.)
- Gnoera*, *noera*, *vörra*, crepare 56.
- Góðbáttadr*, humanus, bonis pulchrisque moribus 272. (*góðr*, bonus, *báttir*, mores, *junde báttadr*, moratus.)

- Gods**, antistes, curio, qui tam sacris, quam civilibus præfuit 12. (scribitur & *Gudi, Gud, God.*)
Aliud *Gódi*, bonum, lucrum commodum.
- Godords-madr**, toparcha, præfectus 148. Christianum officii nomen; sub ethnismo fere dicebatur, *gódi.*
- Gódr**, bonus, facilis, *ólmasu-gódr*, in pauperes beneficus 116. *gódr i bídum*, occasionem sive opportunitatem æquo animo expectans, vid. *Bid*, & *ástgódi.*
- Grafu**, sculperere 230. (Germ. *Grabin*, cælare.)
- Gromr**, rex post. 244. (ubi *Sólar-grómur*, rex solis, Deus.)
- Greida**, expedito 272.
- Greidir**, qui expedit, tradit, dat 244.
- Greipa**, prehendere 302.
- Grenia**, rugire 296. (forte à *Gróð*, *gróðr*, *gróði*, ventus vehemens.)
- Geda**, augere 196. *þat gáddi i miek metord hans*, id ejus honores multum ad auxit 182. (*godr* bonus, magnus.)
- Gaska**, *gáfska*, bonitas (innocentia sanctitas) 32. Aliis intelligitur potestas virtus, ac si scribendum esset.
- Gatka**, a *Geta* posse, valere.
- Gafa**, fortuna felicitas 6. (*gef*, dono.)
- Gafo-madr**, homo fortunatus 10.

H.

- Hábiarg**, petra, rupes alta 336. (*bárr*, altus, *biarg*, rupes.)

Hafa, habere. *bafa illa*, male agere, actiones male instituerere 218. Cui oppositum videtur, *bafa best* 156. *bafa* (meum) *fyri ser um eitt*, præeuntes habere 3: auctores, quos sequamur 176.

Hágr, dexter, artifex 142.

Hall-ari, annona gravior 322. (*ballr*, inclinatus, vergens, *ari*, v. potius *ár*, annona.)

Hardliff, vitæ asperius institutum, victus spinosus 184. (*hardr*, durus, *liff* vita in compositis *liffi*.)

Há-reyfti, vociferatio 326. *hárr* altus, *raust* vox.)

Hark, strepitus 326. (*hardr*.)

Hárr, modus, *þessháttar* ejusmodi 288.

Heid-vidri, coelum serenum 238. (*beidr*, fudus, serenus, *vedr*, in compositis *vidri*, aer, tempestas.)

Heil-bugadr, integer, candidus 70. (*beill*, solidus, integer, *bugr*, animus.)

Heil-ráði, salubre consilium 20.

Heill, adj. integer, sanus incolamus. *frjá of beillr*, re salva esse 202.

Heima-madr, domesticus 272. (*beima*, indeclinab. domicilium.)

Heim-bod, convivium 256. q. d. invitatio domum.

Heim-kynri, domicilium 330.

Heita, vocare, vota facere 56.

Helmíngr, pars dimidia 44. var lect. (*hálfgr*, *belfíngr*, invenitur in rhythmico Thiodolfi Islandi.)

Henda, capere. *benda gaman at*, voluptatem ex aliqua re capere 6. (*bönd*, manus.)

Herfiligr, torvus, deformis 282: (*harmr*, calamitas, tristitia. f. & m. libenter alternant.)

Hingas-burdr, nativitas huc, i. e. in hanc lucem, in hunc mundum 82. De Christi nativitate semper dicitur.

Híón, domestici, familia 8.

Híú pl. idem 230.

Híúkólfr, taberna, cella. hic latius area campus 196. Interdum scribitur, *Hínkólfr*.

Hlaup-ár, annus intercalaris 132. (*blaup*, saltus.)

Hnúga, inclinare. *búga til*, pertinere ad, ditionis esse 194. (Gr. *ενω* innuo.)

Höfdingi, vir primarius 174. (*böfud*, caput.)

Hógliga, leniter 218. (*begr*, commodus, placidus.)

Högværd, f. patientia, mansuetudo. (*begr*, & *vera*, esse.)

Hökull, scapulate 46. affine *Hekla*, epomis. inde nomen montis Isl. *Hekla*, cujus perpetua nix hoc vestis genus refert.

Holdgan, incarnatio Christi 336. (*bolld*, caro.)

Hönd, manus. *bann var á hendi signum mönnum*, vivebat cum principibus viris, seu, in eorum erat familia 38. *þer fálu sik gudi á hendi*, ille Deo se commendabant 206. (ubi *á hendi*, est notabile, pro eo quod frequentatur a recentioribus, *á bendr*, & *bendr*, *i bönd*) *Á bendr*, in, adversus 54. *Hann gaf i bönd*, demandavit (aliis) 232. *bann sellði af bendi stadarins forráð*, deposuit s. transtulit in alium administrationem sedis cathedralis 132.

Hörfa, spectare, *barfavid*, adversari 116. (*buerf*, verto.)

Hörmúng, ærumna, calamitas 208. (*Harmr*, damnum, dolor.)

Horn-spörn (*spönn*, genit. *spónar* & *spóns* 6. 8.) cochleare cornerum 6. 8.

Hornvögr,

- Hornungr*, qui posthabetur & despicitur 256. (*Horn*, angulus. aliud *Hornungr* in *Gra-gús*, *Erfda-Þessi* cap. 4. nempe genitus ex matrimonio servi manumissi, & dominæ quæ hunc manu misit.)
- Hörund*, cutis corpus 56. (*bár*, pilus, & *und undir*, sub.)
- Hraustr*, fortis, firmus; de dómo 120. (quasi *reystr*, elatus arduus.)
- Hreytir*, substantiv. verbale; qui spargit. *bringr breytir*, viri appellatio poetica 300.
- Hrid*, impetus, turbo, procella 62. (*ríd*, ráo.)
- Hródr*, laus, poema 300
- Hrokkinn-bárr*, crispa capillo præditus 142. (*bröckva*, in orbem se contorquere, seu colligere.)
- Hrókr*, homo procerus, vir præcipuus 196.
- Hryggleikr*, moeror, tristitia 98. (*Indic. Gunnl. S. v. bryggi*.)
- Hvargi*, ubicunqve 196.
- Hvæfa*, invertere 62. de rebus concavis dicitur, quando terram spectat cavitas (*bolr*, cavus.)
- Húfu-vidr*, ligna, materies 232. forsan a nomine proprie sylvæ; non enim credibile est Librarios ita depravasse vocem notam *Húfu-vidr*, quæ existat p. 330.
- Hugadr*, animosus 264.
- Hugskot*, animus 324. (*skot*, recessus, angulus.)
- Hugr*, animus. *Hann pryddi kyrkium í hvívetna því er hugum S. mátti byggja*, templum omnimodis, quæ animo (ad commoditatem l. decus) excogitari poterant, ornamentis decoravit 172.
- Hvotr*, albus, *hvotr þárottinsdagr*, dominica Pentecostes 14.

- Hánger-vaka*, famis incitamentum 2. Auctor suum ita nuncupat opus, fore sperans, ut hoc inspecto amplius sciendi desiderium in lectoribus excitetur. (*vek*, excito.)
- Hyblyi* (rectius, *bíhyli*) domus, sedes 15. (*biá*, apud. quasi plurimum habitaculum.)
- Hyrta*, castigare 218. (Gall. *beurter*, *burter*, agitare impellere. conf. Indic. I. *Eccl. Arnanni* v. *birting*.)
- Hysf*, aedes ædificium 232. (vix dicitur nisi in compositione.)
- Hyski*, familia 288. (*Hús*, domus.)
- Hagendi*, facilitas, commodum 194. Aliud *Hagendi*, cervical.
- Hatta* f. periculum: unde verbum *Hatta vel*, tentare, periclitari 6.

I. J.

- I, præpositio causæ vel instrumenti. *bann gladdi vini* *sina i veizlum virduligum*, — per convivia optata 164.
- Jafna*, conferre, comparare 8. (*jafn*, par.)
- Jafnlikr*, similis 6. (quasi *formá simli*.)
